

A or. 20.

4°

Hottinger

JOH: HENRICI HOTTINGERI, S. TH. D.

PROMTUARIUM;

Sive,

BIBLIOTHECA ORIENTALIS:

Exhibens

Catalogum, ſive, Centurias aliquot, tam Authorum, quàm librorum Hebraicorum, Syriacorum, Arabicorum, Ægyptiacorum, Æthiopicorum, &c.

ADDITA MANTISSA

Bibliothecarum aliquot Europæarum, tam publicarum, quàm privatarum; ex quibus, quid deinceps etiam præſtari poſſit ab alijs, luculenter monſtratur.

SCRIPTUM, QUOD

Theologorum, Iurisconſultorum, Medicorum, & Philoſophorum accommodatum eſt Studijs.

Cum privilegio.



HEIDELBERGÆ;

Typis & Impenſis ADRIANI WYNGAERDEN, *Acad. Bibliopolæ & Typographi.*

CIƆ IƆC LIIX.

CELSISSIMO PRINCIPI
ac Domino,

D. IOHANNI MAURITIO,

Principi Nassoviæ, Comiti Cattineloboci, Vianæ, Diezæ, Ordinis Iohannitarum in Marchia, Saxonia, Pomerania, Vandalia, Magistro &c. Domino in Beilstein, Sereniss. ELECTORI *Brandeburgico à Consilijs Secretioribus, Administratori Ducatus Cliviaci, & Comitatus Marchici.*

UT ET

Nobilissimis & Excellentissimis Dominis.

D. RABANO von CANSTEIN, *Serenifs. Elect. Brandeburgico à Consilijs Secretioribus, Præsidi Cameræ Coloniensis, Directori Regiminis Halberstatensis &c.*

D. FRIDERICO von IENA, *Serenifs. Electori Brandeburgico à Consilijs Secretioribus.*

Celsissimæ, & Excellentissimæ Legatorum Electoralium Brandeburgicorum ad Comitia Imperialia, Trigæ;

hanc Bibliothecam Orientalem

D. D. D.

JOH: HEN: HOTTINGERUS.

CELSISSIME PRINCEPS,

EXCELLENTISSIMI DOMINI:

Trepidus meritò tam illustria salutarem limina, nisi instituti mihi mei, utriusque, & cur Bibliothecam hanc Orientalem conscripserim, & cur eandem Celsissimo atque Excellentissimo Nomini Vestro inscripserim, ratio constaret certa ac solida. Ex quo tempore animum ad scribendum appuli, id sedulò dedi operam, ut ea subinde ex Orientalium monumentis eruerem, quæ non usu se modò aliquo, sed etiam raritate commendarent. Et quanquam in amplissimo rei Theologicæ & Historicæ campo, messis alia non defuit, malui tamen hactenus, quantum ordinariæ permittebant occupationes, in hac etiam aliquid laborare publicè officina, tum ut quid ad sacras literas ex hoc studio rediret emolumenti evidentius mihi innotesceret, tum etiam, ut & superiorum Imperio, & amicorum precibus parerem. Eò verò lubentiùs in hanc descendi arenam, quòd hæc studia, præter meritum, inculta observarem jacere, & si non exitio, exilio saltem penè vicina. Quàm enim vereor, ne brevi tempore tam laboriosè expulsa barbaries, & Originalium (de cæteris Orientalibus ne quidem loquar) Linguarum pudenda & segnis revocetur ignorantia! Qui quidem morbus, ubi semel iterum Scholas & Ecclesias nostras vexârit, quantam malorum inferet Iliadem? Ei hactenus propulsando pro virili invigilavi. Et ut nuper insignem Originalium Linguarum ostendi necessitatem in Theologia Exegetica & Historica, ita nunc earundem exhibere volui utilitatem, quæ se per totum vitæ humanæ genus, per ordines omnes, per universam Encyclopædiam,

 diam,

diam, artes & disciplinas diffundit. Offero nempe Bibliothecam eorum, qui hactenus (à judæis si discesserimus sive Hebræis) vix obscuris nominibus noti nobis erant. Et quanquam ex instructissimo penu, & locupletissimo promtuario paucas tantùm dapes delibare licuerit, plures tamen sunt, quàm quas vel spe hactenus multi conceperunt; pretiosiores certè, quàm quæ situ & squalore pereant. Speravi quidem, amicorum me facilitate Bibliothecarum etiam Italicarum, Anglicarum, & Gallicarum Catalogos impetraturum; sed nec dum mihi satisfactum est, sive quòd tardius hæc opera præstetur (sunt enim Orientalium scripta vel planè ἀνεπίγραφα, *vel Metaphoricis & impropriis titulis vestita) sive quod pauciores sint, qui eò usque in Orientali progressi sunt literatura, ut hanc sustineant provinciam. Mihi abundè fuerit, glaciem hac vice fregisse; nec majorem expecto gratiam, quàm ut alii conatu hoc excitati, mea* ὑστερήματα *suppleant. Ipse fortè pleniorem hunc emittere potuissem Catalogum; sed quia cætera, quæ ob materiæ affinitatē inseri debebant, Theatro meo Tetrastego reservavi, contractior nunc ille prodit & brevior. Nomini autem Vestro;* CELSISSIME PRINCEPS; EXCELLENTISSIMI DOMINI; *Bibliothecam hanc Orientalem sacram esse volui; non modò ut gratæ mentis deponerem tesseram, posterísque adeò constaret, quantum vobis & deberem, & debere vellem; sed & quòd authoritate, qua polletis, laborem hunc à lividorum dentibus posse defendere; & quòd, qua tum in res, quas tracto, tum in me quoq; benevolentia estis, gratiosóque affectu, velletis etiam; haberem persuasissimum. Gratam certè meretur recordationem eximia & insignis benevolentia, atque liberalissima* φιλοξενία, *qua superiori mense, cùm*

SERE-

SERENISSIMUS *Princeps, ac Dominus*, D. CAROLUS LUDOVICUS, *Dei gratiâ, Comes Palatinus Rheni, S. R. I. Archithesaurarius & Elector, ejusdémq; in partibus Rheni, Sueviæ & Iuris Franconici Provisor ac Vicarius, Dux Bavariæ &c. Dominus meus Clementissimus, ad Comitia Imperialia Francofurtum profecturus, comitatui quoq; suo Clementissimè adjungi voluisset, cum itineris socio, celeberrimo Medico, D. Casparo Fausio, Professore Facult. primario, & Archiatro Palatino, Compatre honoratissimo, me excepistis, obæratúmq; dimisistis. Postquam enim, erudita & planè Theologica concione, in Aula Brandeburgica, die precibus menstruis, pro more, destinato, à consummato Theologo, & practico insigni,* D. Hundio, *habita, Tu,* CELSISSIME *Princeps, oculos in nos conjecisses; non satis erat, clementer & gratiosè ad prandium nos per alios invitari;* IPSE, *cum reliquis Dominis Legatis, Excellentissimis, humanissimè, porrecta dextra, eodem honoris charactere notatos magis an mancipatos?* TIBI *voluisti. Comparituris postea, quàm aperta frons, quàm paratus animus! Festivè Q. Cicero ad Fratrem, de petitione consulatus; frontem animi appellat januam.* Cura, *inquit*, ut aditus ad te diurni atque nocturni pateant, neque foribus solùm ædium tuarum, sed etiam vultu & fronte, quæ est animi janua. *Hæc verò ita blandè patuit, ita exporrecta favit, ut ad plenius admissos colloquium augurium non falleret. Sed & vestra,* EXCELLENTISSIMI DOMINI; *singularis humanitas, diffusa eruditio, facundia delenifica, literarum & literatorum amor in admirationem nos facilius abripuit, quàm abreptos dimisit. Inter tot curas, tot negotia publica, tot occupationes Imperij, adeò seriò Vos tractare studia, ut non*

 autho-

authores tantùm nôsse, sed de iisdem etiam subactè judicare, lusus vobis videatur & jocus, mirum non sit? Hoc ipsum adeò abundè vel in uno illo probâstis prandio, ut vel ex ungue leonem cognoscere minimè fuerit difficile. Et de Baronio, *de* Bzovio, *de recentissimo scriptore Romano*, Johanne Baptista Casalio, (*cujus, quod Francofurti tum eum ob Methodi facilitatem potiùs, quàm rerum soliditatem comparaveram, mentio erat injecta*) *quam, Excellentissime* D. Canstein *solidè pronunciâsti? Ne meæ quidem minutiæ vel Te latere poterant, vel Excellentissimum* D. *Collegam. Et cùm reliquorum laborum meorum designationem petieris, tum verò & inprimis Historiam meam Ecclesiasticam, non planè irrito conatu à me contextam, haud obscuris verbis* Uterque *significâstis. Hæc sanè occasio, sponte nata, de publico accepti beneficii edendo testimonio; me monuit; quod æqui bonique Vos consulturos ut confidenter spero; ita aliter me ominari non sinit profusè in me demonstrata benevolentia, cujus recordatio nonnisi cum extremo vitæ excutietur halitu. Quod restat*, Deum Ter Opt. Max. *supplex veneror, ut Vota ac consilia* Vestra, *dirigat ad Sanctissimi Nominis sui gloriam, ædificationem Ecclesiæ, tranquillitatem communis patriæ, Germaniæ, omnium denique afflictorum solatium, per Jesum Christum, Amen.*

Ita sincero pectore vovet
Heidelbergæ in Collegio Sapientiæ d. 26. Junii 1658.
Nominis vestri
Celsissimi & Excellentissimi,
Devotus cultor
Joh: Henricus Hottingerus.

Summa

Tenor Privilegij

SACRI ROMANI IMPERII, IN PARTIBUS RHENI, SUEVIÆ, ET IN JURE FRANCONICO PROVISORIS ET VICARII.

Serenissimi Principis,

CAROLI LUDOVICI, *Dei Gratia, Comitis Palatini Rheni, S.R.Imp. Archithesaurarij & Electoris, ejusdémque in partibus Rheni, Sueviæ, & in jure Franconico Provisoris ac Vicarij, Ducis Bavariæ*, privilegio cautum est, ne quis libros, quos Academiæ *Heidelbergensis* Bibliopola & Typographus ADRIANUS WYNGAERDEN in Germania impressit, & adhuc impressurus, est, & præterea singulariter hic nominatos nimirum *Burgersdicij Politicam, Castanei distinctiones, Claubergij initiationem Philosophiæ, Ejusdem tractatum de cognitione Dei & nostri, Ejusdem paraphrasin in Cartesij Meditationes*, denique *Salmasij Epistolas, Riolani Enchiridion Anatomicum, & Messem auream Anatomicam*, citra prædicti ADRIANI WYNGAERDEN, vel hæredum ipsius, & jus & causam ab eo habentium, voluntatem & consensum specialem, intra prædicti *Vicariatus* districtum, & triginta annorum spatium, à prima Editionis die computandum, ullo modo imitari interpolare, transformare vel recudere, aut alio recudendos dare, vel etiam alibi impressos vendere, distrahere, clàm, palam, præsumat, sub pœna amissionis librorum illorum perperam ita recusorum, quos prænominatus ADRIANUS WYNGAERDEN, aut Hæredes vel causam, jusve ab eo habentes sibi ipsi vindicare poterint ac insuper Decem Marcarum Auri puri mulcta, partim Fisco Imperiali, partim modo dicto impetranti ex æquo, omni spe veniæ sublata pendenda: prout hæc omnia latius in originali, *Serenissimi Electoris & Vicarij* propria subscriptione & *Vicariatus* sigillo, *Heidelbergæ*, die XXI. Januarij, CIↃ IↃC.LIIX. Confirmato Diplomate habentur.

Epigramma

Viri Nobilissimi & Amplissimi,

D. BALTHASARI Venatoris, Celsiss. Principi Bipontino à Consilijs, & Præfecti Meisenheimensis.

M*ULTA refoderunt LATIS monumenta ruinis*
Famigerâ digni posteritate Viri,
Multa etiam anterior GRAIS è cladibus ætas
Eruit, & Doctis pignora lauta dedit.
AT TU cùm chartas altè scruteris Eoas,
Et nil te lateat toto ORIENTE latens,
Cùm Chaldæorum repares tabulasque Syrissas,
Quicquid & ingenio promsit odorus Arabs,
HOTTINGERE Tibi quæ Laudis adorea crescet?
Quas tibi persolvet mundus uterque vices?
VARRONEM facunda suum Te dicet Idume,
VARRONEM dicet gens Nabathæa suum.

JOHANNIS HENRICI HOTTINGERI PROMTUARIUM

Sive

Bibliotheca Orientalis.

CAPUT I.

De Bibliotheca Hebraica.

VIx habet Orientis amor hostem periculosiorem, quàm vanissimum paupertinæ supellectilis opprobrium. Non vulgus tantùm libenter, ne otium turbetur, sed & eruditi nonnunquam ægrè capiunt, cur literis Orientalibus vel aliqua temporis pars impendatur, cùm non sit operæ pretium, ob unius alteriúsque libri examen, tempus, πολυτελέστατον ἀνάλωμα aliis subtrahere occupationibus. Nempe, non vident vel solam Hebræam & Arabicam linguas adeò esse feraces, ut nullum sit literaturæ & sacræ & profanæ genus, quod non eatenus saltem excoluerint, ut subsidium sive illustrationis, sive probationis iis afferant rebus, quæ ut in Oriente sunt natæ, ita indidem etiam repetendæ. Quam utinam hypothesin diligenter satis ponderarent illi, qui ad sacras tractandas literas animum suum appellunt! Et ut facilius eximam scrupulum; si quis forte supersit; Penu quoddam, seu Promtuarium, id est, Bibliothecam exhibebo Orientalem; non eam, quam κτήσει suam facere quis-

 que

que poteſt, ſed χρήσει tantùm. Illam enim quiſque pro facultatum modulo adornat. Ubi breviter notandum, eam etiam Bibliothecam Orientalem eſſe inſtructam, quæ paucis, ſed ſelectis contenta eſt libris. Sic V.G. Biblia Baſileenſia, cum commentariis Abarbinelis; inter Exegetas: Majmonides inter Scholaſticos & Juris ſcriptores: Inter Hiſtoricos Iuchaſin aut Schalſchelet hakkabbala hanc affatim operam præſtant. In Arabicis Orationes Erpenij, Paſoris, &c. authorũ ſelectum in qualibet facultate oſtendunt. Sed ad propoſitum. Et ut de Hebræis fidem faciamus, confidenter dicimus, nullum eſſe genus literarum, quod Iudæi ſuis ætatibus & gradibus reliquerint intactum. Habemus enim

A. In ſtudio THEOLOGIÆ Biblicæ, a. varia commentaria. vel in *univerſum* contextum ſacrum, vel in *quoſdam* ejus libros. Commentatores in *univerſa Biblia*, vel *majorem* eorum *partem*, ſunt *R. Solomon Iarchius*, qui obſcurior paulò, Talmudicis fabulis nonnihil indulget. *R. Abraham, Aben Eſra*, prolixus & ferè Philoſophicus, ſed multis in locis valde depravatus. *R. David Kimchi*, ſenſus literalis non admodùm infelix interpres, de quo tamen, an in Legem commentaria dederit, eruditi ambigunt. *R. Levi, ben Gerſon*, Philoſophus inſignis. *R. Saadias*, Haggaon, qui à reliqua Rabbinorum turba non rarò recedit; *R. Iſaac Abarbinel*, cujus commentaria, ob perſpicuitatem, & Methodicum tractandi modum, valde commendantur. *R. Schelomo, ben Malec*, cujus eſt מכלל יופי Commentarius Grammaticus in univerſa Biblia, &c.

In

In Genesin occurrit, præter illos, quos in totum Pentateuchum diximus, בראשית רבא Commentarius Allegoricus. Tales מדרשים Hebræi nuncupant; de quibus tamen postea commodior agendi locus erit.

In Exodum, *Mecilta*, cujus originem ad a. Ch. 210. judæi referunt. Magnæ authoritatis est, & in lib. Hachinnuk crebrò citatur. Videatur jus nostrum Hebraicum.

In Leviticum ספר החיים Liber vitæ *R. Iehudæ*. ספרא qui & תורת כהנים Lex sacerdotum vocatur. Authorem ejus alij faciunt *Raf*, qui discipulus fuit *R. Chajæ*, & *R. Iudæ Sancti*. Alii *R. Iehudam*, filium Elai. Eodem etiam nonnulli referunt פסיקתא. Extant etiam in Catalogo *Menasse ben* Israël inter commentaria in Pentateuchum מרכבת המשנה Currus secundanus (tit. ex *Gen.* 41. 43. תורת משה Lex Mosis Commentar. *R. Mosis Alscheech* Venet. 1605. Usus fui ex Bibliotheca Clariss. D. Waseri. חזקוני Chazkuni. *Magni est inter judæos* usus inquit *Buxtorf. adlectiones sacras ex eo peragendas in Synagogis.* Commentariò huic in Pentateuchum adjunctus est textus Hebraicus & Chaldaicus cum Commentario R. Solomonis & Notis ex authore Turim. Vulgò, sed malè, pronunciant, *Chizkuni*. עולת שבת Holocaustum Sabbathi (ex *Num.* 28. 10.) Commentarius in Pentateuchum. Author ejus fertur *R. Schueib*. תולדת יצחק Generationes Isaaci. Author *R. Isaac Karro*, circa annum 1510. quo auctor multa loca per universum Pentateuchum breviter explicat, multáque dubia solvit; scribit *Andreas Masius*. Ita est. Dubia sua, quæ proponit, breviter solvit, & quæstionum varietate se haud mediocriter doctum probat. צרור המור Fasciculus

myrrhæ, *R. Abrahami* Hispani, qui floruit circa annum Christi 1510. רקנאט Rakanat, vel Rekanati, Explicatio super secreta Legis, quæ scripsit *Ramban*, R. Menachem Rekanatensis. אור יקרת Lux pretiosa. מעשה השם opus nominis i. e. *Dei*. עקידת יצחק Ligatio Isaaci. Commentarius Philosophico-Theologicus est, & in differendo admodum prolixus. Multa habet ex Aristotele, cujus sententiam de æternitate Mundi refutat. Diffusæ lectionis author. שפתי כהן Labia sacerdotis. כלי יקר Vas pretiosum. Non vidi, nec legi alibi hoc titulo. Habui in Prophetas priores hujus nominis commentaria *R. Samuelis Laniado*, pro quo tamen judæus mihi quidam Ligationem Isaaci obtulit. Fortè error est in Catalogo Menasse, pro כלי חמדת vas desiderabile, ejusdem *R. Laniado*; continet homilias ex Rabboth in Pentateuchum. חן טוב Gratia bona *R. Tobiæ Levi Tzephatensis*. לקח טוב doctrina bona, Prov. 4. v. 1. עיר גבורים Homiliæ super Legem, *R. Ephraimi*, ArchiSynagogi Lemburgensis. שפתי דעת Labia scientiæ. *Clariss. Leger*. Liber ignoti authoris & argumenti. *Menasse* ad Commentaria in Pentat. refert. מכלל יופי Perfectio pulchritudinis. מנחת יהודה Oblatio Iehudæ. מכבי יהודה Macchabæus Iudæus. נחלת יעקב Hæreditas Jacobi. באר מים חיים Puteus aquarum vivarum. צידה לדרך Viaticum pro via. מקור חיים Fons vitæ; Titul. ex *Psal.* 36. 10. אור השכל Lux intellectus. תולדות נוח Generationes Noachi. זוהר הדת Splendor legis. אמרי נעם Verba jucunda, Commentarius in Legem, *R. Obadiæ Sphorno*. יוסף דעת Augebit scientiã. כבדו השם Honorate Deum. ציוני Tzioneus, super Legem. Explicatio Pentateuchi Kabbalistica. מנחה בלולה Oblatio mixta; *Levit*. 9. v. 4.

v.4. דברי שלום verba pacis. כתר שם טוב Corona nominis boni; בחי Bechai; Nomen authoris, qui celebrem ſcripſit Commentarium in Legem. Ex *Bibliotheca* verò *Buxtorfiana*, accedunt אבן שועי puto legendũ אבן שעיב Ibn-Schoaib; ut ſit nomen Authoris, qui commentatus eſt in Legem, de quo idem p. 332. Bibl. Rabbin. & nos ſupra. אמרי שפר verba pulchritudinis. גל של אגוזים Cumulus nucum, *R. Menahem* Haegoſi. עיני העדה oculi cætus. עיר דוד Urbs David. עולת תמיד Holocauſtum juge. Commentarius Philoſophicus. צאינה ראינה vulgò *Zenorenna*; Exite & ſpectate, Commentar. Hebræo-Germanicus. שתי ידות Duæ manus, *R. Menahem*. Referendi huc authores, qui 613. præcepta Moſaica explicuerunt; nempe הולך תמים Ambulans integrè. ברית הלוי Fædus Levi; טעמי המצות ſenſus præceptorum tum Recanatenſis, tum Babylonij; Liber Chinnuck, cujus præcepta explicuimus in jure Heb. ספר מצות גדול Liber præceptorum magnus: קטון parvus. מא:ר חשכל Verbum intellectus. עדות יעקב Teſtimonium Jacobi. Citat etiam in Catalogo ſuo *Menaſſe* ben-Iſrael Sephor haredim, & Ierehim. Confer jus noſt. *Heb*.p.4.

In Numeros & Deuteronomion commendant ספרי *Siphri*, ejuſdem authoris, & æſtimij cum Siphra. Huc etiam referuntur

I. מדרשים ſive *commentationes Allegoricæ*, vel etiam Hiſtoricæ: cujuſmodi, in diverſos libros Biblicos, plures ſunt, ut מדרש התורה Commentarius allegoricus in legem: מדרש חמש מגלות In quinque libellos מדרש שיר השירים ואיכה מווחד Commentarius allegoricus in Canticum Canticorum & Threnos, מדרש תהלים משלי שמואל In Pſalmos, Proverbia & Samuelem.

II. *Kabbalistica* ſcripta in Legem, quale eſt לבנת ספיר Later Sapphiri. Eſt tamen ignoti authoris Mſc.

III. *Philoſophicæ Legis expoſitiones*, in quem cenſum veniunt מגלת עמוקות *R. Solomonis* Conſtantinopolitani; Mſc. מלמד התלמידים ſtimulus diſcipulorum *R. Iacob, ben Machir*. In quo Philoſophiæ commendat ſtudium: Unde & authoritate ejus ſe tuebantur Philoſophantes in Concionibus.

IV. *Tractatus*

a. De *modo docendi & diſcendi Legem*. Quo pertinet בחינת הדת Examen Legis *R. Ioſeph* del Medico, Philoſophi & Medici Francofurtenſis.

b. *Expoſitio* 13. מדות ſeu Modorum, quibus Lex explicatur. Tales ſunt מדות אהרן Proprietates Aharonis.

c. *Commentaria* in *Targumium*; ſic habemus תחלת דברי שמואל Principium verborum Samuelis, ſeu Expoſitionem ſuper Targum Eſther. Commentaria etiã haberi in Paraphraſin Ionath. & Hieroſol. ex Menaſſis patet Catalogo.

d. *Biurim*, ſive explicationes in Comment. Rabbin. Vidi hic Heidelb. ſcriptũ *Simeonis Uſchemburg*, Levitæ. Huc pertinent מגלת סתרים volumen occultorum *R. Samuel Motot*, explicat. in Pentat. Aben-Eſ. צפנת פענח *R. Schem Tof* Sprot, in eundem Aben Eſram. In ejuſdem quædam difficiliora loca extat אות נפש ſignum animæ. דבק טוב Glutinum bonum ſuper Solomonem Iarchium in Legem. Ita & *R. Ahaaron, ben Chajim*, Expoſitionem reliquit, nomine קרבן אהרן in librũ Siphra. Sic אות אמת ſignum veritatis, liber Criticus eſt continens expoſitionem dictionum peregrinarum & varias lectiones *in Rabboth*,

both, authore *Mahir Bombanasse*. גור אריה Catulus Leonis, *R. Leonis*. Est Biur super Raschi. יוסף דעת augebit scientiam. Continet correctiones & castigationes commentariorũ R. Solomonis, ex Msf. 300. amplius annorũ antiquitatis exemplari. יפה מראה Pulcher aspectu: Commentarius super Rabboth. מקיר חיים R. Samuel Sirsa in Aben-Esræ comment.

e. *Concordantiæ*, Christianorum exemplo compositæ à R. Nathan: vocantur מאיר נתיב illuminans viam.

f. Notæ variæ *Masorethicæ*. Excellunt hic מסרת המסרת Eliæ Levitæ, in quo universam Masoræ rationem explicat. פירוש על המסורה Explicatio Masoræ. Libellus parvus continens explicationem quarundam rerum ex Masora v. librorum Mosis. Author *R. Iacob*, *ben Isaac*. מסורת הברית Masora fæderis, *R. Meir Angel*. ספר מסרות Liber Mosorarum *R. Iosephi*, *filij R. Samuelis*, ben Reji: ostenditur in eo, non frustra, aut fortuito in Scriptura hanc vel illam vocem, aut phrasin, toties reperiri, ut in Masora notatur, sed certa intentione & certis de causis illud esse factum: סיג לתורה sepes Legis *R. Levi Meir*. Solet aliâs tota Masora ita appellari à fine; quemadmodum ab initialibus vocibus, eadem dicitur אכלה ואכלה *ochla veochla*. שמן ששון *R. Ioseph Sason*, שמן המור oleum myrrhæ, qui tamen posteriores manuscripti sunt, prout libri Masoræ Msc. sunt innumeri ut loquitur *Buxtorf.* Bibl. Rabb. p. 438.

g. *Consilia de legendis Bibliis*. יסוד מורא scribit Antonius Legerus, esse librum de capitibus fidei & de præceptis, necnon de rebus Philosophicis, ac probari in eo, sacram Scripturam prius esse tenendam, antequam ad Talmud accedatur.

h. Regu-

h. REGULÆ seu *Methodus Concionandi*; עין הקורא R. Jose, ben Schem-tof.

i. HOMILIÆ, sive CONCIONES integræ, cujusmodi apud Hebræos extant plurimæ. בית מועד Conciones festales, R. Menachem; מגדל דוד R. Davidis Stellæ conciones in Legem. דרשות רבינו נסים Conciones Rabbenu Nissim; דרך חיים Via vitæ; כסף נבחר Argentum selectum. כסף מזוקק שבעתים Argentum septuagies purgatum: de quo aliâs fusius. יד יוסף Manus Iosephi. קול יהודה Vox Iehuda. כד הקמח Cadus farinæ. אהבת ציון Amor Tzionis. בית נאמן Domus tuta, secura. דרש משה Explicatio Mosis. דרשות שם טוב Conciones Schem Tobh. עוללות אפרים Racemationes Ephraim. תורה אור Lex Lux. נר משנה Lumen repetitionis. נהר פישון Fluvius Pischon. מדבר יהודה Desertum Iehudah. מלכי יהודה Reges Iehuda. מאמץ כוח Roborans virtutem. גבעת שאול Collis Saulis. Variæ דרשות R. Jehudæ, R. Bezaleel, R. Schelomo Molco. מגן אברהם Clypeus Abrahami. דבר שמואל Verbum Schemuelis. מקראי קדש Conventus sacri. קרית ספר Civitas libraria. שבתות יי׳ Sabbatha Domini. Conciones R. Samuelis Cohen. מבקשי יי׳ Quærens Dominum: Conciones *R. Isaac Gerson*. ספר מעלות R. David conciones in legem. תולדות יעקב Generationes Iacobi. Conciones *Iacobi d'Alu*. דרשות התורה R. Schem Tof, & R. Iehosuæ Aben Schuif. ספר הדרש׳ Liber concionum centum octoginta, quas in Italia diversis in locis habuit *R. Gedalia*. Est etiam homiliticus liber, ויקהל משה Et congregavit Moses, Venetiis impressus. כלי חמדה vas desiderabile R. *Samuelis Laniado*, continens homilias ex Rabboth, seu Glossa magna in Pentateuchum; תפארת ישראל Decor Israelis, conciones

nes etiam complectitur. תפלה למשה habet דרשות conciones in Legem. ארון העדות Arca testimonii, *R. Iudæ Barfelonij* conciones sic vocantur. quemadmodum *R. Ioseph* Iabes conciones dicuntur חסדי יי Benignitates Domini. משרת משה Minister Mosis, R. Calonymi, pro R. Mose Ægyptio, Conciones, sive Orationes Msc. Conciones R. Isaac Abuhaf. נר מצוה R. Samuelis Cohen. מאה שערים centum portæ, Conciones *R. Mose Alscheich*, in Paraschas Mosaicas ordine habitas תענוג הנשמה oblectatio animæ, Conciones Msc. דברי שלמה Conciones *R. Schelomo*. כבוד אלהים Conciones in Legem *R. Abraham Aben Megas*, ועד לחכמים Cætus sapientum. *R. Samuel Aripol*. Nugacem tamen hominem Constantinopolitani rident. זה ינחמנו Hic consolabitur nos, Conciones variæ R. Abraham Bivasch ספר נפוצות יהודה Liber dispersarum Jehuda. Conciones 52. *R. Iehudæ haggaon*. דרך חיים via vitæ, R. Samuel Cohen. Habetur etiam Concio *R. Mosis Nachmanid.* de præstantia Legis, habita coram Rege Castiliæ, ספר החיים Liber vitæ. *Conciliatores* S. Sc. Scripsit Menasse ben Israël Conciliatorē duobus Tomis Hispanicè.

Accedimus jam ad *reliquos V. T. libros*, & (a) quidem ad חמש מגלות quinq; libellos Canticum, Ruth, Threnos, Ecclesiasten & Esther; quos quidem omnes commentariis illustravit *R. Solomon Iarchius*; *R. Eliefer* מגרמייזא, qui per Gematriam רוקח Unguentarius, in titulis librorum appellari voluit. לחם סתרים panis absconsorum, commentariolus brevissimus in Danielem & v. libellos, quæstiones seu dubia nonnulla in singulos libros proponens & dissolvens.

In *specie* verò, in

CANTICUM CANTICORUM. שושנת עמקים Lilium Convallium; Cantic. 2. 1. Commentaria R. Saadiæ. איילת אהבים Cerva amorum; R. Simeonis Kabizij נקודות הכסף Puncta argentea, Abrahami Laniado. ציץ הזהב Lamina aurea. שיר השירים רבתי Glossa Cantici magna.

THRENOS. קינת הסתרים Lamentationes absconditæ. Commentaria Ibn-Schoaib. לחם דמעה Panis lachrymarum. דברים נחמים Verba consolatoria; Zach. 1. 13. Alscheichi. Ejusdem in eundem librum est קול בוכים Vox flentium. איכה רבתי Glossa magna. כפות כסף Cochlearia argentea, Iosephi Caspi.

RUTH, משיב נפש Reducens animam. שורש ישי Radix Isai. Elegans Perusch. תפוחי זהב Poma aurea. Dicitur aliàs יסוד שירים Commentarius Allegoricus & mysticus in libellum Ruth, ad ostendendum, quòd in Sacra Scriptura sit גלוי ונעלם פנימי וחיצון sensus manifestus & occultus, interior & exterior. אגרת שמואל Epistola Samuelis. עיני משה Oculi Mosis, R. Alscheichi.

ECCLESIASTEN. קהלת יעקב Cœtus Iacobi, Deut. 33. 4. R. Mosis Galante, qui etiā in Canticū scripsit. פורת יוסף Ramus fœcundus Iosephi. צפנת־פענח Zophnat Phaaneah. לב חכם Cor sapientis. דברים טובים Verba bona, Alscheichi. גליקו על קהלת Commentarius elegans & literalis Elisæ Gallici.

ESTHERAM, יוסף לקח augebit doctrinam, R. Eliezari Germani; אור הדת Lux legis. ידי משה Manus Mosis. יד המלך Manus Regis. שלום אסתר Dux Estheræ. מסעת משה Iter Mosis ישע אלהים Salus Dei, R. Abraham Tzabulon. מחיר יין Pretium vini (Ies. 55. 1.) R. Mosis filij

filij R. Iſrael, Iſerle. מנות הלוי Portiones Levitæ. Scriptum ἀνώνυμον.

Succedunt *Prophetæ* A. *Priores* & *poſteriores* חבורי חלקט Compoſitiones collectaneæ; ex optimis conſcriptæ.

B. *Priores*, Ioſuam, judices &c. כלי יקר vas pretioſum (*Proverb.* 20. 15.) לב אהרון Cor Aharonis; *Exod.* 28. 30. R. Aharonis, Ben Chajim.

C. *Poſteriores* & quidem in *genere* I. in Prophetas majores מראות הצובאות ſpecula militantium, *Moſis Alſcheichi*: II. In *ſpecie* in Esaiam, אורים ותמים Urim & Thummim, R. Meir Armaah: חשק שלמה Deſiderium Solomonis, Ezechielem, מרכבת יחזקאל Currus Ezechielis, *R. Ioſephi Gecatilia*, in primum caput Ezechielis. מראות אלהים viſiones Dei Eſt & alia expoſitio מרכבת ſeu currus Ezechielis, cujus author eſt *R. Chanoch*, Conſtantinopolitanus.

Danielem, מעיני ישועה Fontes ſalutis *R. Iſaac Abarbinelis*, ubi multa diſputat contra Chriſtianos. חבצלת השרון Roſa Scharonis (*Cant.* 2. 1.) *R. Moſe Alſcheich*. פירוש דון יוסף אבן יחייא על דניאל Paraphraſis *Ioſephi Iachiadæ*, in Danielem. Prodiit cum Notis & verſ. D. L'Empereur. חזון למועד Viſio ad tempus ſtatutum (*Abac.* 2. 3.) *R. Samuelis*, filij *Iudæ Valerij*. לחם סתרים de quo ſupra in 5. libellos. משרא קטרין Solvens nodos (*Dan.* 5. 12.) *R. Abrahami Levi*, de ſupputatione ſeptimanarum Danielis. Probatur judæis Conſtantinopolitanis.

In Hagiographa, conjunctim; אבן יחייא Commentarius in Hagiographa & v. libellos Iachiadæ תורת חסד elegans in eoſdem libellos expoſitio ידי משה Manus Moſis ſequitur principia Philoſophica: Separatim.

In PSALMOS, מזמור לתודה Psalmus Eucharisticus. Expositio Psalmi 119. שמוש תהלים Usus Psalmorum, quo declaratur usus magis quàm superstitiosus psalmorum, si toties vel toties recitentur, aut pergameno mundo inscripti de collo gestentnr. נורא תהלות Venerandus laudibus מעיר תהלות Excitans laudes. בן דעת Filius Scientiæ נעים זמירות Amænus Canticis. לשון הזהב Aurea Lingua. רוממות אל Exaltationes Dei. זר זהב Limbus aureus. פענח רזא Revelator arcanorum. Separatim etiam ferè reperiuntur Commentaria Kimchij.

PROVERBIA. מדרש משלי Commentaria in proverbia. רב פנינים Multitudo margaritarum, יד אבשלום Manus Absolomi. קב ונקיא Vulgò *Kaf-venaki*. Nomen est authoris. חשק שלמה Desiderium Solomonis.

JOBUM, אוהב משפט Diligens judicium, *R. Simeonis Duran* in Iuchasin adscribitur. Commentarius *Isaaci Sacerdotis*, filius R. Solomonis sacerdotis. מאיר איוב Illuminans Iobum. Explicatio elegans libri Iob, inclinans ad Philosophiam. משפט צדק judicium justitiæ *R. Obadiæ Saforno*. ארחת עולם Via mundi *R. Abraham Peritzol*. חלקת מחוקק Portio Legislatoris (*Deut.* 33. 21.) Mosis Alscheich.

In *certa* quædam *Scripturæ loca*, משמיע ישועה Prædicator salutis (*Ies.* 52. 7.) Explicantur in eo *omnes Prophetiæ*, quæ non possunt accipi de Templo secundo, vel spiritualiter, sed tantùm de redemtione futura. Author Abarbinel. ברית הלוי Fœdus Levi. Comment. in c. IV. Deuter. תפארת ישראל Gloria Israëlis. Comment. in Decalogum. עטרת זקנים Corona Senum; Comment. in locum Exod. 23. Ecce ego mitto Angelum, Abarbinelis. פירוש על י' דברות Explicatio Decalogi. Plura vide supra in Daniel. & Ezech.

CLAS-

CLASSIS II.

De Scriptis & Scriptoribus Talmudicis.

Quia verò alteram Verbi Dei partem judæi statuunt *Traditiones* suas ἀγράφυς; in hac etiam illorum Doctores Palæstra inconnivis lucubrationibus fuerunt occupati. Unde habemus

A. *Exhortatoria ad studium Talmudis.* אור החיים Lumē vitæ, quod est, ut quidā scribit מזהיר על למוד התלמוד *adhortatio ad studium Talmudicum*, ומרחיק הפילוסופיא *& dehortatio à Philosophia.* תורה אור Lex Lux (Prov. 6. 23.) *Don Iosephi*, Hispani. Idem etiam excitat ad studium Talmudicum, & Philosophicum oppugnat. Alibi author הרב אבן חסדאי appellatur.

B. *Isagogas in studium Talmudicum.* הליכות עולם Itinera seculi (*Habac.* 3. 5.) Liber est introductionem facilem in Talmud præbens, explicans rationes loquendi Doctorum Talmudicorum, modum disputandi, objectionum & responsionum. Prodiit cum versione *Constantini L'Emper.* &c. Ejus argumenti est שארית יוסף Reliquiæ Iosephi: *R. Iosephi ben Virga.* לחם רב Panis multus, continet, ענייני תלמוד וסוגיות *res & modos loquendi Talmudicos.* מהרמי נמרים de montibus Pardorum (*Cantic.* 4. 8.) Expositio על איזה סוגיות מהתלמוד *quarundam proprietatum loquendi & disputandi in Talmud.* Adduntur à Menasse bē Israël, כללי התלמוד summa Talmudis; דרכי התלמוד viæ Talmudis. ספר כריתות Liber excisionis. Nec malè vocat Logicas Talmudicas.

C. Ipsas *Traditiones* seu Δευτερώσεις R. Iudæ Sancti cum Commentariis Rambam & Bartenoræ, vel *solæ*, vel cum *Gemarah*, altera Talmudis parte, conjunctæ; vel in faciliorem loquendi rationem transvasatæ; id quod Majmonides præstitit libro, quem יד חזקה appellat.

D. *Novellas* i.e. novas explicationes super quosdam libros Talmudicos. Vocantur חרושים cujusmodi multæ sunt, Rabbenu Nissim, Ramban, &c. חרושי הלכות Novellæ consuetudinum &c. חרושי אגרות Novellæ Allegoricæ.

E. *Compendia Talmudis.* משנה תורה Repetitio Legis, magni pretij & authoritatis Josephi Karro. Continet traditiones Talmudicas & Legem Oralem. אלפסי Alphesi. Liber hic in tres partes distinctus Talmud compendiosè tractat. אשרי *Ascheri*, sic vocantur compendia Talmudica, quæ singulis libris forma thesium aut conclusionum universalium subjecta sunt, quæ composuit *R. Ascher*, unde & *Aschereæ* conclusiones dicuntur. כפתור ופרח Pomum & flos (*Exod.* 25.32.) continet Historias Talmudicas, Aggadoth, Medraschot &c. Liber commendatur. מרדכי גדול Mardochæus magnus. *R. Mardochæus*, R. Moses de Kotzi discipulus, compendia librorum Talmudicorum scripsit. Norimbergæ pro judaismo mortem sustinuit, a. Ch. 1310.

F. *Conciliationes fabularum Talmudicarum*, vel locorum ἐναντίων. באר הגולה Puteus captivitatis; Explicatio dictorum Talmudicorum, quæ prima fronte absurda aut paradoxa videntur. Menasse, ben Israel, scribit esse defensionem Talmudis. דרש משה Liber homiliarum super quasdam Aggados, sive Historias, quæ paradoxæ videntur in Talmud.

G. *Disputationes Talmudicas*, ים של שלמה Mare Solomonis, continet varias disputationes Talmudicas Solomonis Lurim, authoris recentis.

H. *Indices Talmudicos*, מסורת תלמוד ירושלמי Index omnium rerum, quæ in Talmud Hierosolymitano tractantur.

I. *Histo-*

I. *Historias* sive *fabulas* ex Talmude collectas. מדרש דבי אליהו Midrasch domus Eliæ. Continet Aggadoth narrationes historicas sive fabulas ex Talmude. עין יעקב vel ישראל, cujus altera pars בית יעקב complectitur Historias Talmudicas jucundiores cum duplici commentario.

K. *Castigationes Talmudicas*. חכמת מנוח sapientia Manoæ. Criticus liber, continens correctiones, varias lectiones, castigationes in Talmud. Autor R. Manoach העגדל Hendel.

L. *Indices locorum Scripturæ, qui in Talmude citantur*. תולדות אהרון Generationes Aharonis. Index locorum totius S.Sc. quæ in Talmud adducuntur, additis librorum Talmudicorum capitibus foliis & columnis: Author *R. Aharon Pisarensis*, qui in usum Concionatorum eum collegit. Accesserunt etiam loca in עקרים & עקידה citata. Specimen postea videbimus.

M. *Explicationes Talmudicas*, Hebraicè תוספתא & in plurali תוספות propriè *Additiones*, scil. Talmudicæ, dicuntur. Sic omnium primò declarationes suas in librum Mischnajoth appellavit *R. Chajia*. Ille enim & R. Uschajia fuerunt primi, qui librum istum publicè in Scholis explicârunt. Sequentium Doctorum commentatio in dictum librum vocata fuit ברייתא Barajetha, *declaratio*. Post absolutum demum Talmud Babylonicum, cùm per 500. ferè annos, partim calamitatibus publicis, partim gravibus & ambitiosis Doctorum dissidiis, studia literarum turbata fuissent, circa tempora *R. Solomonis* fuerunt alii, qui etiam Additiones ad Talmud conscripserunt, quæ similiter dicuntur תוספות & alterum latus Talmudici textus occupant. Unde celebres

sunt

ſunt תוספות הרא״ש Additiones *R. Aſcher*; & תוספות הר״י Additiones *R. Ioſeph*.

N. Loci Communes Talmudici. זכרון תורת משה Recordatio Legis Moſaicæ.

CLASSIS III.

Theologia Didactica.

In DIDACTICA THEOLOGIA, varij exhibentur loci Communes, quos Methodo ferè Scholaſtica tractârunt, cujuſmodi ſunt,

A. a. De DEO, אור עמים Lux populorum: continet quæſtiones quindecim de Deo & anima. Habeo exemplar Bonolienſe.

b. De *nominibus Dei*. דיסו שם המיוחד Secretum nominis Dei proprij. Extat Mſc. סוד יהוה Myſterium Domini. De nomine ineffabili שם מפורש Nomen Dei Tetragrammaton expoſitum. Expoſitum autem eſt à Kabbaliſtis per alia nomina, quæ conſtant duodecim literis, quadraginta duabus literis, & 72. literis, de quibus mira ſunt Kabbaliſtarum judicia. Munſterus ejus meminit præfat. in ſphæram Hebraicam, & Maſius in Ioſuam.

c. De *Miſericordia Dei*, חסדי יי Liber elegans de Dei miſericordia & 26. modis explicans verſum 13. Pſal. 62. Tibi Domine eſt miſericordia, quia tu reddis unicuique ſecundum opera ſua.

d. De *unitate*. שיר היחוד Canticum unitatis. Carmen admodum excellens & ſanctum eſt, de Deo, ejúſque unica & ſimplici Eſſentia, laudibúſque ipſi uni & ſoli debitis, R. Iehudæ Chaſid Ratisbonenſis,

nensis, cui postea Commentaria addiderunt plurimi. מאמר אחדות Sermo de unitate.

e. *Providentia Dei.* שערי דמעה Portæ lachrymarum. Menasse ben Israël de Termino vitæ.

B. De Lege, הואיל משה voluit Mose, Deut. 1. 5. Liber in quarto, in quo dignitas, præstantia & perfectio Legis divinæ astruitur demonstrationibus speculativis & intellectualibus, cum refutatione contrariorum argumentorum R. Mose Alpheles.

C. De Prophetis, לקהת נביאים Congregatio Prophetarum. De Prophetiis & maximè de Prophetia Mosis, sæpe contra librum More disputat. Author *R. Abarbinel.*

D. De Peccato, זכות אדם Meritum Adami, justitia vel innocentia ejus. Excusare, imò negare conatur author hujus libri impius, & propterea meritò ignotus, Adami peccatum.

E. De Sabbatho, אגרת שבת Epistola Sabbathi *R. Abraham Aben Esræ*, in qua Sabbathum ipsi apparuisse fingitur & conquestum, noctem sequentem à multis celebrari, non præcedentem, quam probat Sabbatho accensendam,

F. De *Circumcisione.* חתן דמים Sponsus sanguinum. בא גד venit turma. Explicat utilitatem circumcisionis *R. Mosis Alpheles.*

G. De Paschate, זבח פסח Sacrificium Paschatis. Commẽtarius est illustris *Abarbinelis* super Haggadam, sive lectionem Historicam festi Paschatis. חקת הפסח statutum Paschatis. De agno Paschali.

H. De Sacrificiis. תורת עולה Lex de sacrificiis. שלטי הגברים Clypei Potentum, de sacerdot. sacrificiis, Templo.

 I. De

I. De FESTIS. מקרא קדש Convocatio Sanctitatis. Liber quo ſcopus & intentio omnium feſtorum allegoricè explicatur. *R. Ioſeph Samigat.*

K. De MESSIA. ישועות משיח Salutes Meſſiæ (*Pſal.* 28. 8.) Liber explicans dicta Gemaræ, & Deraſchoth de Meſſia. Author *Abarbinel.* אבקת רוכל *P*ulvis aromatarius, ſubdiſtinctus in tres libros. In *prima* agitur de ſignis, prodigiis, bellis & calamitatibus, quæ adventum Meſſiæ præcedent, & vocantur vulgò à Rabbinis, חבלי משיח Dolores Meſſiæ. In *ſecundo* de anima, ejus diſceſſu ex corpore & quo vadat; de ejus ſtatu in inferno, & quid infernus ſit, de ſeculo futuro & vita æterna: de reſuſcitatione mortuorum. In tertio de iis, quæ dicuntur eſſe הלכה למשה מסיני *Traditio Moſis de monte Sinai*, de formatione hominis, & numero membrorum ejus, & quibuſdam Gematricis Kabbaliſticis ex Lege. עמק רפאים Vallis gigantum, de adventu Meſſiæ, ut nonnulli referunt, R. Cajn Galli papæ. נצח ישראל Æternitas Iſraëlis. Agit de certitudine & neceſſitate redemtionis Iſraëlitarum ex præſenti captivitate, de adventu Meſſiæ, de dignitate Iſraëlitarum, & eorum perpetuitate, *R. Iudæ.* מגדל דוד Turris Davidis, *R. Mardochæi Dato*, in quo oſtendit & docet, magnam habuiſſe cauſam Iſraëlitas expectandi liberationem ex præſenti captivitate a. Ch. 1575.

L. De RESURRECTIONE, אגרת תחיית המתים Epiſtola vivificationis, vel Reſurrectionis mortuorum R. Majm. in qua ſententiam ſuam de hoc fidei articulo explicat magis perſpicuè & ad captum vulgi, quam alibi. Verſa eſt ex Arabico in Hebræum à *R. Iuda Aben Tybbon.* עץ חיים Lignum vitæ. Explicantur in eo quæſtiones

nes

nes omnes de revivificatione mortuorum R. Gedaliæ. Plura Misc. *Pocok.* p. 89. Dedit etiam tractatum de Resurrectione mortuorum *Menasse ben Israël.*

M. De Vita Æterna, חיי עולם Vita æterna; de hac enim agit. Germanicus est. מתוק לנפש Dulcedo animæ (*Proverb.* 16. 24.) Liber mysteriorum de anima, Paradiso, inferno &c. נפש החכמה Anima sapiens. De anima, ejúsque facultatibus & statu post hanc vitam. צדק עולמים Iustitia æterna. Liber, complectens tres sermones: *Primus* de mundo hoc corruptibili: *secundus*, de Mundo animarum, Paradiso & Inferno: *Tertius* de Resuscitatione mortuorum, & extremo judicio, Abarbinelis.

N. De Templo. צורת הבית Figura Templi, Ezechielis nempe.

Sunt nonnulli, qui eodem libro vel omnes, vel plerosque fidei articulos fuerunt complexi. Hujusmodi sunt, מורה נבוכים *Maim.* liber notus. עבודת הקדש cujus 4. sunt partes.

1. De Deo, ejusque unitate. 2. De cultu Dei. 3. de fine hominis, totiúsque creationis. 4. de secretis legis divinæ *Meiri ben Nabbæi.* Refert quidam, multa notatũ digna de Trinitatis Mysterio ibi reperiri Menasse tamẽ inter Kabbalisticos refert scriptores. אבן שתיה Lapis fundamenti, cujus IV. partes. 1. De Essentia Dei. 2. Ejus providentia. 3. Legis scientia. 4. præceptorum observatione. Fuit in Bibl. Heidelbergensi Msc.

כד הקמח Cadus farinæ (1. *Reg.* 17. 14.) Liber in folio continens ordine Alphabetico locos communes Theologicos *R. Bechai.* Talis etiam est כוזרי *Cosri*, Liber multiplicis doctrinæ, ac multæ laudis conscriptus à *R.*

Iuda Levita in honorem Cosroe Persarum Regis a. ch. 1140. עקרים Liber fundamentorum fidei. Liber admodum celebris, fundamenta Religionis judaicæ tractans, & Christianos sæpe refutans R. Ioseph Albonis; a. Ch. 1425. Habetur cum commentariis. Tentorium Iacobi. אדם שכלי Adam, sive homo Intellectualis. Continet varia præcepta & adhortationes ex sacris petitas, literaliter, Kabbalisticè, & mysticè explicatas. Item tredecim articulos fidei Iudaicæ, in quorum ultimo, de resuscitatione mortuorum, fit mentio ossis לוז, quod credunt esse incorruptibile & illud rore cælesti irrigatum: restituat animæ suæ totum corpus, illudque vivum ejus beneficio existat. בית אלהים Domus Dei; magnæ apud Iudæos authoritatis. אגרת עקרי האמונה Epistola de fundamentis fidei. אור יהוה Lumen Domini; יסוד האמונות Fundamentum articulorum fidei הדרת קדש Decor sanctitatis. Buxt. annumerat Kabbalistis. נוה שלום Habitatio pacis; Scriptum Theologico-Philosophicum. Usus fui Leidæ aliquando Msc. ספר האמונות Liber articulorum fidei, cujusmodi judæi habent aliquot, R. Saadiæ, *R. Schem Tof.* Illius dedimus compendium Hist. Eccles. Sec. Hanc refutavit Alaskar, tractatu השגות אלאשקר Animadversiones Rufi, quibus rationes Schem Tof, quas profert contra Rambam & alios Philosophos refutantur. מכתם לדוד Aureolum carmen Davidis, *R. Davidis Vital.* Est explicatio tredecim articulorum Legis sive fidei judæorum. מלחמות יי׳ Liber bellorum Domini, Ralbagi. Liber est Philosophicus & Theologicus vel Metaphysicus maximè, ex scriptis Aristotelis & aliorum Philosophorum collectus. Præcipua ejus capita sunt 1. de animæ immortalitate. 2. De Notificatione vel scientia

tia futurorum, à quo & quomodo illa fiat, ubi & de insomniis, Divinationibus & Prophetia. 3. De scientia Dei, quæ scil. est in Deo, quomodo ille res omnes universales & particulares sciat. 4. De Providentia Dei. 5. De corporibus cælestibus & motoribus illorum. 6. De innovatione seu creatione Mundi, in quo etiam agitur de miraculis, signis & prodigiis, quomodo item probandus sit Propheta. ראש אמנה Caput fidei, *Cant*.4.8. Explicantur in eo præcipui fidei articuli per *Abarbinelem*. Habetur cum vers. & Not. Vorst. תגמולי הנפש Retributiones animæ. Articuli fidei *R. Elel ben Schachar* i.e. Luciferi. תהלה לדוד Laus Davidis, Misser Davidis Mantuani, de eadem materia. Magni fit à judæis.

CLASSIS IV.

Theologia Elenctica.

In Elenctica Theologia, vel refutant Muhammedanos, Karraitas & Christianos simul, ut facit author *libri*. מגן אבות Clypeus patrum; *vel* sigillatim

a. Christianos, בחיי commentariis suis in Pentateuchum acerbior non rarò est in Christianos: unde postea per censuram Venetorum castigatus fuit. Id in Parascha ויצא, Parascha האזינו Parascha כי תצא, & alibi, videre est, quæ in exemplari Rivensi fuerunt expressa. בן פורת יוסף Ramus fœcundus Josephi (*Gen*.49.22.) Disputatio *Johannis Micæ*, qui à Religione Christiana defecit, & in Apostasia יוסף נשיא dictus est, tempore Selimi II. תולדות ישו Generationes Jesu. Liber parvus; sed merè blasphemus & maledicus, cõtinens Historiã Christi, sed impiè fartã manifestis mẽdaciis & calumniis. ספר האמונה

Liber fidei. R. Ioseph Kimchij disputatio contra Christianos, מלחמת מצוה, nomine. ספר חברית ejusdem etiã contra Christianos Msc. חזוק אמונה Fortalitiũ fidei, R. Isaac ben Abraham. Msc. Extabat Constantinopoli apud R. Zachariam, Karraitam; & R. Ezechiam Romanum Rabbanitum. כלימת הגוים opprobriũ gentium. Ephodæi liber contra Christianos Msc. מבצר יצחק Munitio Isaaci (*Habac.* 1.10.) Disputatio contra Christianos R. Isaac Nathanis, qui concordantias scripsit; Msc. מגן ורמח Clypeus & lancea, R. Kain ben Mousa, haccohen, disputatio contra Christianos. מלחמות יי׳ Bella Domini, R. Iacob, bar Ruben disputatio contra Christianos. ספר נצחון Liber victoriæ. Plures sunt hujus nominis libri contra Christianos & Historiam Evangelicam I. Est *R. Ioseph Kimchij*, patris Davidis, sed Msc. II. *R. Mattiah*, ante trecentos & amplius annos scriptus: hunc edere & refutare voluit Schikhardus. III. *R. Lipmani* Myllhusini a. ch. 1459. Hunc edidit Hakspanius. Vide *Hist. Eccles.* Sec. XV. p. 933. פורת יוסף R. Isaac Onkeniræ cõtra Christianos, sed nihili æstimatur ab ipsis judæis Constantinopolitanis. קדש קדשים Sanctum Sanctorum *Don Vida, ben Levi*, contra Hieronymum de sancta fide, Christianum ex judaismo conversum, qui librum contra judæos edidit. תוכחת מתעה Redargutio seductoris, Liber *R. Isaac Nathan*, contra Hieronymum de Sancta fide, & cæteros Christianos, demum post obitum Hieronymi vulgatus. תשובות למזייפים Responsa adversus corruptores. Msc. est contra Christianos.

b. PHILOSOPHOS, Aristotelem cumprimis. מפעלות אלהים opera Dei (*Psal.* 66.5.) Liber de innovatione seu creatione Mundi contra Aristotelem & alios, qui æterni-

nita-

nitatem mundi asserunt. *Isaaci Abarbinelis*. Talis etiam est שמים חדשים Cæli novi, liber de renovatione Mundi, astruens necessitatem ejus, estque instar commentarii super c.19. lib. 2. More. מגדל עוז *R. Almosnini* expositio libri Cavanoth Algazeli, qui invitus Arabicè scripserat destructionem *Cawanoth* i. e. opinionum Philosophicarum, quo tempore Caliphæ retinuerant usum Philosophiæ: contra ipsum postea Averroes scripsit, Destructionem destructionis.

c. Karraitas. Eos refutat *R. Lipmanus* in suo Nizachon.

d. *Mixtas*, etiam de variis instituerunt disputationes. סמיכת זקנים Fulcimentum senum: disceptatio duorum Rabbinorum, de quibusdam præceptis ritualibus. דברי ריבות verba controversiarum *Deut*. 17. 8. Variæ controversiæ, *R. Isaaci*, *ben Schemuel Adrabbi*. דברי שלום prima libri parte continentur & tractantur 30. quæstiones. Quò etiam pertinent (Menasse tamen ad Talmudica sive juridica refert) שאלות ותשובות quæstiones & responsiones; quod scribendi genus satis est antiquũ, usitatum quippe jam a. ch. 750. ut ex R. Achæ quæstionibus & responsionibus videre est. Successerunt ordine aliæ, Quæstiones & Responsiones ben Habibi, Bar Sesat, Mens, Risba i.e. Solomonis ben Adras, Majmonidis, Alkathi, Nachmanidis, Aros, R. Simeonis de Modena; R. David Cohen Micorfu: Colon, Alschech, Maharam, R. Schelomo Cohen, R. Azariæ, Ben Chajim, Hammanhir, Alaskaris, R. Bezaleel, R. Solomonis Luria, Aram, R. Benjamin Zeeb, R. Ioseph ben Lebbi, Sagal, Haggeonim; R. Wil, aut Vavil; R. Menahem Recanatensis; Simeonis bar Tzemach. Maharil i.e. R. Iacobi Levitæ,

R. Israel

R. Israel Germani, R. Eliæ Orientalis. R. Meir Patavini, R. Ioseph Cracoviensis R. Bezaleelis, R. Immanuel, Galanti.

e. Ipsimet sæpe inter se commissi fuerunt Rabbini. Præsertim in causa Majm. Unde reperiuntur השגות אלאשקאר Animadversiones in ספר אמונות R. Schem Tof, in quo rationes ejus, quas profert contra Rambam & alias Philosophos, refutantur. Itē habetur גבעת המורה Collis More; cōtra Majm. Vide *Hist. Eccl.* Sec. XII. p. 259.

KARRAITÆ verò damnârunt Rabbanitas. Etsi verò pauciora Karraitarum extent scripta, sunt tamē aliquot, nempe, (præter ea, quæ citavimus Disp. de *Mediis interpretandæ Sc. S. Thes.* 15. מורה אהרן Doctor Aharon. R. Aharonis Karraitæ refutatio nugarum Talmudicarum. חומש Pentateuchus Karraitarum Græcus, cujus meminit *Legerus* ad Cl. Buxtorfium p. 444. Editus est tempore Solimani, Turcarum Imperatoris, Constantinopoli a. M. 5307. una cum Haphtarot & quinque Megilloth, Hebraicè, Græcè & Hispanicè, addito etiam Targum Onkeli, & commentario R. Solomonis. Nam (scribit *idem*) Constantinopolitani judæi, ex iis oriundi, qui ante multa secula eo migrârunt, Græcè S. Sc. legunt, & sunt ferè Karraitæ; qui autem non ita pridem eodem ex Hispania sedes transtulere, qui plerique omnes Rabbanitæ sunt) Hispanicè S. Sc. lectitant. In Taurica verò Chersoneso Theodosiæ habitantes, Turcicè sacros libros legunt, ut Arabisantes Arabicè, & in Perside Persicè. Ubique tamen in peregrinis exprimendis linguis Hebraico Charactere abuti consueverunt. מנהגי קראים Ritus Karræorum. אדרת אליהו. Pallium Eliæ, liber, agens de ritibus Karræorum, in quibus à cæteris dissident,

dent, à R. Elia Baſchiaco. עץ חיים Lignum vitæ R. Aharonis Karraitæ, de articulis fidei, juxta mentem Karraitarum, qui tamen reſurrectionem mortuorum profitentur. Idem etiam ſcripſit Grammaticam, nomine כליל יופי perfectus pulchritudine.

CLASSIS V.

Theologia Leiturgica.

In LEITURGICA Theologia occurrunt. I. קרובץ i. e. קול רנה וישועה באהלי צדיקים, Germanicè Pragæ, a. M. 389. Preces ſunt & cãtiones totius añi. Habet eas Bibliotheca Collegij Sapiẽtię cũ pluribus aliis ſcriptoribus Hebraici, ex Liberaliſſima Sereniſs. Electoris munificentia. II. Preces, hymni. כתר מלכות Corona regni. Liber precũ. & hymnorum ſacrorũ in laudẽ Dei Ter, Opt. Max. *R. Solomonis*, fil. Gavirol. מחזור Machſor, Cyclus. ἐυχολόγιον eſt, quo maximè in majoribus feſtis utuntur. Preces ferè omnes ſcriptæ Rhytmicè, ſermone difficili, qui à paucis intelligitur: Unde has preces major pars judæorum, ſicut Veſtales noſtræ Pſalterium Latinũ, & pater noſter, recitat. In Venetis exemplaribus multa correcta ſunt, quæ contra Chriſtianos & Regnum Romanum erant directa. סליחות Liber precum, quibus utuntur in feſtis principalibus, & vocantur סליחות quia pro miſericordia & remiſſione peccatorum tantum ſunt inſtitutæ. In Mſc. amarulenta quædam contra Chriſtum & Chriſtianos evomuntur, quæ in impreſſo omittuntur. Eſt etiã exemplar cũ comment. & notis marginal. in Colleg. Bibl. תפלה מכל השנה Liber precum totius anni, vel סדר תפלות ordo precum. Sic libri precum inſcribuntur, quibus quotidie, in Sabbatho, & aliis minoribus feſtis utuntur. Nam

סליחות ומחזור utuntur præterea, ut diximus, שלש רגלים in. Hi libri in variis locis, & variis formis excusi sunt, diverso etiam ordine, quem alium atque alium habent Galli, Germani, Poloni, Itali, Hispani. Unde סדר תפלות כמנהג קהלות בני רומא Ordo precum secundum consuetudinem Ecclesiarum Romæ, sive Italicarum. סדור תפלות כמנהג הספרדים Dispositio precum, secundum consuetudinem Hispanorum, &c. זמירות Elegantes quædam cantiones in honorem Sabbathi decantandæ, cum Rhythmis Germanicis, & explicationum Notis Hebraicis. אבודרהם Liber ritualis & commentarius super precationes judæorum. III. מנהגים seu ritus. אבן העזר, vel ut alij אבי העזר liber ritualis R. Isaaci Karo. אדם וחוה Adam & Eva R. Ierucham. Polonorum tamen & Germanorum fere eadem ratio est. Habeo exemplar ejusmodi סדרים Germanorum & Polonorum. ארבע טורים Quatuor ordines, magnæ authoritatis: Compendium ejus est שלחן ערוך partes ejus sunt quatuor. 1. vocatur אורח חיים Via vitæ: altera יורה דעה docens scientiam: 3. חשן המשפט pectorale judicij: 4. אבן העזר Lapis auxilij. ברכת אברהם Benedictio Abrahami. Rituale R. Abrahami Tzorphati i. e. Gallj. שלחן הפנים Mensa facierum, R. Isaac Abuhaf. ספר תניא sive תניא Liber δευτερώσεως, R. Iehudah, filius Benjamin משבית מלחמות cessare faciens bella, R. Israëlis. אשכול הכופר Bacca cypri, R. Mose Chalana. משא מלך onus Regis, R. Ioseph Aben Esra, quæstiones rituales. Ejusdem עצמות יוסף ossa Iosephi. תורי זהב ordines aurei. מבטח ישראל spes Israëlis, R. Israëlis. Sic distincta habemus

a. Ritualia paschatis. הגדת פסח Lectio Festi paschatis. Est liber Hebræo Germanicus, agens de adornatione Festi

Festi paschatis de cibis in eo coquendis, de benedictionibus & orationibus, aliisque quæ ad festi illius celebrationem spectant. Item סדר הגדה של פסח Ordo rituum festi paschatis. Venet. 1609.

b. Ritus judæorum Turcicorum. סדר יום Ordo diei. Ritus judæorum Turcicorum in Synagogis suis.

CLASSIS VI.

Theologia Practica.

Ad Practicam Theologiam referimus scripta, quibus pietatem suis judæi, pœnitentiam, aliásve virtutes commendant, & contra mundi vanitatem muniunt. Huc pertinent ηθικα ad constantiam in fide. אגרת תימן Epistola R. Mosis Majmonidæ ad R. Nathanaelem בן אלפיומי & cæteros judæos ad Meridiem habitantes, in qua eos ad constantiam in fide, & fortiter ferendas persecutiones hortatur. Scripta est Arabicè, & in Linguam Latinam translata.

Secundò referimus huc scripta & scriptores, qui agunt

a. De poenitentia, אגרת התשובה Epistola de pœnitentia. מורה חטאים בדרך Ducens peccatores in viam. Libellus hortans ad pœnitentiam & vitæ emendationem. Rabbi Eliesaris Miggarmiza. i.e. Germersheim. פרקי התשובה Capita sententiæ, de præstantia & utilitate pœnitentiæ. שערי תשובה portæ pœnitentiæ. Liber ad pœnitentiam & probitatem vitæ hortans, author R. Iona Gerundensis.

b. De Formanda vita, מנורת המאור Candelabrum lucis. Liber Talmudicus, continens Aggadoth & Medraschim totius Talmud ad regimen hominis & ejus mores

formandos. R. Isaaci Abuhabi. שערי עץ חיים portæ arboris vitæ. Sententiæ Ethicæ & morales, Rhythmicè conscriptæ.

c. Scripta παραμυθικὰ: נחמת בואציאו Libellus de consolatione Boëtij, elegantissimè in linguam Hebræam translatus à R. Samuele ben Banschat. צרי היגון opobalsamum lassitudinis. Contra calamitates hujus temporis. Terso stylo scriptus, & Poëtarum flosculis intertextus.

d. De MUNDI vanitate &c. בחינת עולם Probatio, Examen mundi. Liber insignis tam quo ad res, quàm quò ad verba. Agit de vanitate mundi contemnenda, & quærendo regno Dei. Id verbis tam eloquenter politè & doctè effert, ut eloquentissimus habeatur, qui stylum ejus imitatur. R. Iedajah Happenimi. Extat etiam de fragilitate humana tractatus Menassè ben Israel.

e. De PIETATIS studio. חובת הלבבות officium cordium. Liber מוסרי Theologicus & moralis ad pietatem & timorem Dei hortans, summè commendatus. Author R. Bechai, judex Hispanus, alius ab eo qui in legem commentatus fuit. Scriptus initiò Linguâ Arabicâ absolvitur decem portis sive capitibus 1. Agit de unitate Dei. 2. de Creaturis, & Bonitate Dei erga illas. 3. De amplectendo vero cultu divino. 4. de spe & fiducia in solo Deo collocanda. 5. Quod omnia nostra unicè debeant dirigi ad Dei gloriam, & de vitanda omni hypocrisi. 6. De humilitate. 7. De pænitentia. 8. De abstinentia sive sanctimonia. 10. De amore Dei & ejus gradibus. *Menasse ben Israël* de timore Dei. מעמדות ordo stationum sacrarum. Cùm templum adhuc staret, si quis peccâsset noctu, adferebat sacrificium manè; qui interdiu, vespere, & tunc sacerdos ipsi remittebat peccata. Postea ex

quo

quo templum dirutum, & sacerdotes cum omnibus sacrificiis cessârunt, loco sacrificiorum realium, instituerunt sacrificia labiorum, cum commemoratione tantùm sacrificiorum priscorum. Nam persuasi, recordationem hic tantundem valere, quantum oblationem ipsam, ordinârunt triplicatas lectiones singulis diebus septimanæ, ex Bibliis, ex Mischna & Gemara, quas, qui Sanctiores esse volunt, quotidie recitant. Addiderunt huic officio excellens hoc elogium כל האומרם מובטח לו שהוא בן חעֹב Quicunque dicit ista quotidie, persuasum ipsi sit, se esse filium vitæ æternæ. קערת כסף scutella argentea; Libellus parvus, continens sententias morales ad virtutem & pietatem *R. Ioseph Hyssopæi.* Huc etiam pertinet תורת האדם Liber, docens, quomodo homo se gerere debeat in morbo, morte & luctu: item de retributione hominis post hanc vitam. Liber celebris distinguitur in triginta שערים portas sive capita, 1. שער המיחוש Porta doloris levioris. 2. שער סכנה porta periculi. 3. שער רפואה Porta medicinæ. 4. שער סוף Porta finis. 5. שער פטירה Porta discessus ex hac vita. 6. שער קריעה Porta lacerationis vestimentorum ob mortem. 7. שער מתו מוטל לפניו Porta de eo, coram quo mortuus aliquis (propinquus adhuc in sepultus) jacet. 8. שער הספד Porta planctus. 9. שער הוצאה Porta eductionis sive elationis ad sepulchrum. 10. שער קבורה de sepultura. 11. שער כהנים de officio sacerdotum. 12. שער אבל Porta luctus. 13. שער התחלה à quo tempore luctus incipiat. 14. שער מלאכה quamdiu in luctu ab opere sit abstinendum. 15. שער רחיצה Porta lotionis, quamdiu in luctu à lotione & unctione abstinendum. 16. שער נעלת הסנדל Porta calceationis, quamdiu à calceis induendis abstinendum. 17. שער תשמיש חמטה

quam diu à concubitu abstinendum. 18. שער דברי תורה quamdiu à lectione Legis abstinendum. 19. שער שאלת שלום quamdiu nemo salutandus, nec resalutandus. 20. שער עטיפת הראש quamdiu caput sit obvelandum. 21. שער כפיית המטה quamdiu lectus de novo non cooperiendus, vel sternendus. 22. שער הנחת תפלין quamdiu Tephillin non liceat induere. 23. שער תכבוסת quamdiu non liceat lavare vestimenta. 24. שרע תספורת quamdiu non liceat se tondere. 25. שער שמחה quamdiu omnia gaudia sint interdicta. 26. שער אחוי הקרע quando lacerationem seu scissuram iterum liceat consuere. 27. שער שבתות וימים טובים Quomodo in Sabbathis & Festis diebus quis se gerere debeat. 28. שער שמועה וליקוט עצמות De rumore & collectione ossium. 29. שער אבלות ישנה de luctu antiquo, qui fiebat die nono mensis Abh. 30. שער הגמול Porta retributionis post hanc vitam à Deo. Et hæc pars est omnium præstantissima, unde sæpe citatur, tanquam peculiaris liber. ספר היראה Liber timoris; hortans ad pietatē & timorē Dei: R. Ionæ Gerundensis. Hebræo-Germanico sermone editus est Tiguri. Habeo Msc. His affinia sunt florilegia, sive spicilegia, proverbia, Chrejæ, cujusmodi apud Hebræos pariter & Christianos reperiuntur. Accepi nuper ab amico ספר שכחת לקט Librum oblivione intermissi spicilegij. Ordine ex variis authoribus, loci communes tractantur. In concionatorum potissimum gratiam videtur adornatus.

CLASSIS VII.

Theologia Casuistica & Catechetica.

CASUISTICÆ THEOLOGIÆ pauca hactenus observavi,

vavi, nisi quod Rambam scripserit Epistolam persecutionis אגרת השמד in qua abnegationem fidei in periculo vitæ permittit consulentibus ipsum ob Muhammedanorum persecutionem; suo fortè exemplo defendit, ut alibi diximus.

Catechetica scripta sunt, ספר החינוך Catechismus R. Levi Barzelonitæ. Est explicatio 613. præceptorum. Hunc authorem secuti fuimus in nostro *Iure Heb.* לקח טוב Doctrina bona (Prov. 4. 1.) Catechismus puerorum Hebræorum per quæstiones & responsiones institutus.

CLASSIS VIII.

Theologia Kabbalistica.

Kabbalistica tandem Theologia trita magis fuit apud Judæos, quàm ulla alia, id quod ex sequenti Catalogo patebit. אבן הפילוסופים Lapis philosophicus, liber Kabbalisticus, R. Saadiæ Haggaon. אדרא רבא וזוטא Area magna & parva. Duo libri Kabbalistici celebres, sed Msc. אור יקר vel אור יקרות Lux pretiosa, & אור נערב Lux mixta, uterque Kabbalisticus, hic præsertim R. Mosis Corduero. אורים ותומים R. Menachem, filij R. Aharielis. אותיות ר׳ עקיבה Literæ R. Aquibæ: super quo extat פירוש ארוך explicatio prolixa. אפריון שלמה Thalamus Solomonis, liber parvus, continens res profundas de mysteriis Kabbalæ. אוצר החיים Thesaurus vitæ. R. Mosis bar Nachman. באר מים חיים Fons aquarum vivarum R. Chajim Ceparij. Alius, etiam Kabbalisticus tribuitur *Rabbenu Meir*, de Rotenburg בטחון Liber spei, R. Mose bar Nachman. גנת אגוז Hortus nucis (Cant. 6.6.) *R. Iosephi*, ben Gecatilia. Eum citat Reuchlinus lib. 1. Kabbalæ. הדרת קדש Decor Sanctitatis.

tatis. זוהר Commentarius in v. libros Mosis, planè Kabbalisticus. Hunc judæi putant ante Talmud conscriptum, quia nullam ejus faciat mentionem. Quod tamdiu delituerit, id ajunt non esse novum inter judaicos libros, quorum multi adhuc hodie extent, qui similiter per multos centenos annos in Ægypto & Orientalibus locis occultati fuerint. De זוהר, & quòd in antiquissimis exemplaribus multa Christianismi reperiantur mysteria, consulatur *Bibl. Buxt*. p. 443. In hoc scriptum varia prodierunt Commentaria; מקור חכמה Fons sapientiæ; Lexica, אמרי בינה verba intelligentia; Loci communes, מראה כהן visio sacerdotis; compendia שכחת לקט spicilegium; Item; תורת אמת Lex veritatis. תקוני זוהר Correctionss Zoharo. Kabbalistica etiam sunt ארזי לבנון Cedri Libanon. אמרות טהורת Verba pura. דרך אמונה via fidei. ספר הכונות Liber intentionum. תולעת יעקב Vermis Iacobi. מגיד משרים Indicans recta. מדרש הנעלם Explicatio occulta. תעלו׳ חכמה Abscondita sapientiæ. תאמר דבורה Dixit Deborah. יצירה Liber creationis. Kabbalisticus celebris, qui tribuitur Abrahamo Patriarchæ: alij tamen *R. Aquibæ* adscribunt. Prodiit cum versione. Ejus mentio fit in Talmude Cod. Sanhed. ספר המלאים Liber impletionum, *R. Azariæ*, filij Sancti Rabbi Menachem. מנורת הזהב Candelabrum aureum *R. Solomonis Luria*. מערכת אלהות Dispositio divinitatis, R. Peretz haccohen, a. ch. 1240. Eum postea R. חייט i. e. Sartor commentariis illustravit. מקוה ישראל spes Israelis *R. Iedajah*, filius *R. Schemajah*. נובלות חכמה Decidui fructus sapientiæ, *R. Moseh* del Medico, ex Candia. סוד התורה secretum Legis *R. Abraham Aben Esra*. עדן גן אלהים Eden hortus Dei

Ram-

Ramban. יונת אלם Columba muta, Kabbalisticus Msc. ספר הכלמה *R. Reuben*, Hispani. כתם פז aurum solidum *R. Schem Tof.* למ׳דרי אצילות Liber Talmudicus Msc. לפני ולפנים Kabbalisticus, quem composuit *R. Meir*, ben Todoros, ex Toletola. מאמר האחדות sermo de unitate Dei, & מאמר השכל uterque Kabball. ספר הפליאה Kabbalisticus liber, qui à nonnullis attribuitur Kannæ, Kabbalistæ celebri. פלח חרמון Fragmentum malogranati; Kabbal. ex *R. Mose Corduaro* desumtus. פרדס רמונים Hortus malogranatorum. Celeberrimus liber Kabbal. *R. Mosis Corduarij.* צניף מלוכה Cidaris Regia *Ies.* 62. 3. *R. Iacob ben Meir.* צפוני ראקנאטי Recondita Rakanati. Kabbal. Msc. קול יי׳ בכוח Vox Domini cum robore (*Psal.* 29. 4.) *Rabbenu Haj*, Gaon. ספר הקומה Liber staturæ. Kabbal. Msc. ספר הקמ׳יצה Rabbenu *Haj*, Gaon. רזיאל Liber duplex est: uterque Kabbalisticus & Magicus, continens nomina Angelorum & spirituum variorum, ac docens, quomodo tam boni, quam mali sint conciliandi, quomodo cum Sole & Luna loquendum, quomodo morbi procreandi, iidémque iterum curandi, civitates evertendæ, terræmotus excitandi, monstrat etiam vires herbarum, gemmarum, piscium, avium, quadrupedum, lignorum, florum: continet artem vaticinandi, & ex astris prædicendi: videndum exhibet baculum Mosis Characteribus insignitum, quorum virtute signa & miracula ediderit, item Characterum concursum, quem Magi Almandel Solomonis vocant, de quibus inter alia hæc expresse habet; Si scripseris Almandel Solomonis, &c. mira poteris experiri, de mira incarnatione Messiæ, de qua si sæpius interrogationem institueris, gratus & acceptus eris superis & infe-

E ris.

ris. Notatu dignum etiam eſt , quòd nomina divina יה , יהוה , Adonaj, plerunque ter in incantationibus repetantur. Porrò Raſielem fingunt Kabbaliſtæ Præceptorem Adami. שערי אורה Portæ lucis. Kabbaliſticus, valde celebris *R. Ioſeph ben Gecatilia*, Caſtilienſis. Partem libri Latine tranſtulit *Paulus Ricius*, Imperat. Maximiliani Medicus, ad finem quarti libri de cæleſti agricultura. שערי צדק Portæ juſtitiæ *R. Ioſephi* fil. Carnitolis. שער הרזים Porta ſecretorum, Liber Kabbaliſticus de reconditis pſalmi decimi noni, *R. Ama*. שפע טל Abundantia roris. Liber Kabbaliſticus recens & novus, clavis in librum Ietzirah, Zohar, Tikkunim, & pardes Rimmonim, qui libri fundamentum continent univerſæ Cabbalæ. שרשים מספרי קבלה Radices ſive fundamenta librorum Cabbbaliſticorum תבנית המשכן ſtructura tabernaculi, *R. Schabbetai*. תורת העולה Lex holocauſti *R. Moſis Iſerles* , agit בענייני הקבלה de rebus Cabbaliſticis, & nonnihil etiam de Aſtrologicis & philoſophicis. תולעת יעקב Vermiculus Iacobi , hunc alij Cabbaliſticum, alij פירוש התפלה על פי הקבלה explicationem precum Cabbaliſticem eſſe volunt. ספר התמונה Liber imaginis vel ſimilitudinis. Liber Cabbaliſticus de figura literarum, ſed Mſc. ספר התרשיש Liber Cabbaliſticus, quem compoſuit *R. Netrunæus*. אגרת החמדה Epiſtola deſiderij. Mſc. ספר האורה Liber lucis *R. Ioſeph Gecatiliæ*. ספר האמונות Liber rerum credendarum *R. Meir* de Rotenburg. ספר האחד Aben Eſræ libellus, de virtute numerorum ab uno ad decem. ספר הגאולה Liber redemtionis *R. Moſis Gerundenſis*. דרך האמונה via fidei *R. Meir Gabbai*, Magneſienſis. חוות יאיר Villæ Iair. Liber continens פרפראות ſeu minutas ac ſubtiles expo-

expositiones Cabbalisticas variarum vocum, secundum ordinem Alphabeticum, inprimis ex fundamento נוטריקון & ראשי תיבות *R. Abrahami*, fil. *Iechielis Porto*. ספר חחכמה Liber sapientiæ, Cabbalisticus *R. Baruch*. חוקות התורה statuta Legis, Caball. *R. Iehudæ*. ספר חכבוד Liber gloriæ, *R. Iosephi Gecatiliæ*. כנפי יונה Alæ columbæ, Cabbal. recens *R. Menachem Azariæ Mippano*. מאה שערים centum portæ. Liber Cabbalisticus *R. Isaac bar Abba*. מאירת עינים Expositio arcanorum Cabbalisticorum, quæ occurrunt in *R. Mosis Nachmanidis* commentariis in Legem. מגן דוד Clypeus Davidis, *R. Davidis ben Simon*. Citatur à Menasse in conciliatore. מקוה ישראל spes Israëlis, *R. Iudæ, ben Schemajah*. משובב נתיבות Restituens Semitam, *R. Samuelis Motot*. פרקי היכלות Capitula de templis, maximè authoritatis. פרקי ר׳ ברכיאל Capitula *R. Barachielis*. Msc. פתחי יה Portæ Iah. Enchiridion Cabbalisticum *R. Isaschar Bär*, breviter decem capitibus explicans decem ספירות seu numeros Cabbalisticos. שער שם הקדש Porta nominis sancti. שושן סודות Lilium secretorum R. Nachm. in quo tot explicantur secreta Cabbalistica, quot Arithmeticè conficiunt literæ שושן nempe 656. ספר התכשיט Liber ornamenti R. Netronæi. Omnium antiquissimus est ספר הבהיר Liber illustris: ob arcanam scientiam judæi antehac luci expositum negant; prodiit tamen nostra ætate Amstelodami, instantibus Polonis, & editionem per quendam urgentibus. A veteribus sæpe citatur. Vide *Buxt*. Bibl. Rabbinic. p. 319. Novissimum verò in hoc genere scriptum est ספר טוב הארץ Bonitas terræ. Author *Nathan Spira*, Hierosolymitanus, i.e. natus patre Germano Spirensi (qui

Cracoviensis postea fuit) Hierosolymis. De terræ sanctę privilegiis Kabbalisticè agit. Ornamentorum cumprimis & instrumentorū omnium, quæ in templo fuerunt, usum & significationem ordinę exprimit. Librum ipse nuper author mihi dono dedit, cùm à judæis Hierosolymitanis in Germaniam fuisset missus.

CLASSIS IX.

De Iure Hebræorum.

JURIS Hebraici pandectas agnoscunt quidem judæi Talmud Babylonicū, vide Hist. Eccles. Sec. 5. p. 272. præter illud tamen video in hunc censum venire 1. Explicationem 613. præceptorum Mosaicorum, cujusmodi præter ea, quæ supra p. 5. citavimus, sunt. a. עבודת הלוי Ministerium Levi, רמבן ז״ל b. ספר הכולל Liber continens, rationes præceptorum Mosaicorum, *R. Mose, ben Tybbon*, filij R. Samuelis Msc. c. קול תודה Vox gratiarum actionis *R. Ioseph Moubner*, de utilitate 248. membrorum, & 248. mandatis quæ singula singulis membris applicantur. d. שערי ציון Portæ Tzijonis, liber est in quo exponitur, quot in singulis sectionibus Mosaicis præcepta extent, R. Isaaci de Latas.

2. Varios tractatus de Iure, consuetudinibus &c. Iudaicis, ut sunt, ארבע טורים Liber ritualis & Iuridicus, in quatuor partes distributus, ut supra vidimus. אגור *R. Iacobi Landa*, quem quidam scribunt esse ספר דינים ופסקי הילכות Librum rituum & decisionum juris. A Menasse etiam ben Israël huc referuntur. ספר הרקח Liper aromatarij. בדק הבית Fissura domus. Liber pertinens

nens ad complementum R. Iosephi Karro, & ab eo conscriptus. פני יצחק Facies Isaaci. גדולי תרומה Giddule Truma; עבודת הקדש Ministerium sanctum. משפטי שמואל judicia Samuelis. לחם אבירים Panis robustorum. משבית מלחמות Cessare faciens bella. מגדל דוד Turris Davidis. עמוקי הלכה Profunditates Halacha. Difficiliorum Halacharum Talmudicarum explicatio. חכמת שלמה sapientia Solomonis. פורת יוסף Ramus fœcundus Iosephi, ספר המקח והממכר Liber emtionis & venditionis. ספר העיטור Liber Ittur seu Ablationis. עטרת שלמה corona Solomonis, פחד יצחק Timor Isaaci; תמת ישרים perfectio rectitudinum; זרעו צדקה seminate ad justitiam. ימין משה dextera Mosis גדולת מרדכי magnificentia Mardochai. בית יוסף Liber magnus est, complectens ritus, consuetudines, jura & judicia communis politiæ judaicæ, *R. Iosephi Karro* Hispani. הלכות גדולות Decisiones magnæ *R. Simeon Kejaræ*, a. ch. 740. sunt autem decisiones variorum casuum, juxta juris Talmudici Canones: טור אבן עזרה De conjugiis, nuptiis, dotibus, morbis mulierum, & purificationibus: יחוס בשר Genealogia carnis. Liber est de juribus mulierum agens, *R. Iehudæ Barsellonij*, quem פוסקים juris consulti simpliciter vocant כל בו׳ רב אלברצלוני Liber juridicus, continens jura & constitutiones de omnibus rebus communis politiæ judaicæ. לבוש מלכות Indumentum regni. Scriptū recens, sed celebre, quale ארבע טורים vel שלחן ערוך continet decem partes, quarum singulæ peculiari titulo à לבוש inchoato insigniuntur. Prima vocatur לבוש התכלת Vestimentum hyacinthinum. 2. לבוש החור Vestimentum candidum. 3. לבוש עיר שושן Vestimentum urbis Susan. *R. Mardochai*, dicti Pul-

chri. לחם אבירים Panis robustorum : liber juridicus.

פסקי הראש Decisiones *R. Ascher* jurisconsulti celeberrimi, quæ singulis libris Talmudicis subjectæ sunt.

פסקי רש דמודינה Decisiones R. *Simeonis de Modena.* פסקי הלכות רבינו מנחם מריקנטי Decisiones juris R*abbenu Menachem de Rikanat.* צידה לדרך Viaticum pro via: Liber juridicus & ritualis, in quo etiam quædam medicinalia reperiuntur, R. *Menachem Aben Serach*, Galli. שערי דורא Portæ Duræ. Liber de vetitis & licitis ciborum generibus, & vasis ciborum, R. *Isaaci Durensis*. De iisdem etiam agit תורת חטאת Lex peccati (Levit. 6.) R. *Mosis Iserle*. Habeo exemplar cum Maharil conjunctum. תרומה Liber ritualis & judicialis R. Baruci מגרמייזא filij R. *Isaaci*. Alius est תרומות juridicus totus de commodato & mutuo, usuris ac omnibus casibus, qui ibi intercurrere possunt. שבילי הלקט Semitæ collectionis: de licitis & vetitis. שחיטות ובדיקות Mactationes & inquisitiones: duo parvi libelli, in quibus ars mactandi describitur & inquirendi, an aliquid vitij animalia habeant nec ne; Hos perfectè debent tenere ipsorũ mactatores, nec licet ipsis ad movere manũ, nisi prius à Rabbino examinati, & dato testimonio approbati sint. שלחן ערוך Mensa instructa. Liber est ex Arba Turim excerptus per Iosephum Karro, & in formam thesium & conclusionum redactus. Adjectæ sunt novellæ glossæ & observationes de jure, ritibus, & consuetudine horum temporum R. *Mosis Iserles.* אבי אסף Liber ritualis, & juridicus, R. *Eliezar filius Iacobi.* ספר האשכול Liber botri, juridicus R. *Abraham fil. Isaaci.* תקון סופרים continet Instructionem scribarum seu Notariorum de

forma

forma instrumentorum civilium, venditionis, donationis, Testamentorum libelli contractuum &c. à R. *Almosnino* scriptus.

CLASSIS X.

Medicina.

Restant ex superioribus facultatibus libri Medici cujusmodi inter Hebræos non pauci fuerunt: Excellunt, הנהגת הבריאות Regimen Sanitatis; tractatus de conservanda valetudine *Majmonidis*. אביר יעקוב (Gen. 49.24.) Liber Medicinæ R. *Messer David*, fil. N. Messer Leon. Msc. אף חכמתי רפואה Liber Medicus. סוד ישרים Arcanum rectorum. ספר מאה דפים Liber centum foliorum. Medicus liber, ex Talmudicis scriptis collectus, ubi in iis de Medicina quid occurrit. מכלכל מחלה sustentans infirmitatem, R. *Abraham Caslari*. מנהיג הרופאים Dux, Rector Medicorum. Sunt Regulæ medicinales R. *Isaaci Israëlis*. פרקי משה Epitome librorum Galeni, facta à Mose Ægyptio Arabicè, deinde Hebraicè & Latinè versa, nominéque Florum Galeni in lucem edita. צרי הגוף Theriaca corporis. Medicina R. Nathan Phalakeira Msc. אור עמים Lux populorum, R. Obadiæ Siphronij, Medici.

Accepi nuper per Nobiliss. virum *D. Antonium Wöllwein*, Augustanum, quem honoris hic causa nomino, duos Tomos Msc. quos, ex Schwenteri Bibliotheca redemtos, dono mihi obtulit nomine Clarissimi viri, D. M. *Hopferi*, Ecclesiæ Augustanæ Ministri, quibus continentur, altero quidem Tomo, Liber quartus Canonis Avicennæ: altero verò a. אלראזי הנקרא ספר החלוק והחלוף

Razæi

Razæi liber Divisionis & mutationis, sive alterationis. b. קאנון סאגיר i.e. صغير Canon minor. c. Herbarium, ubi nomina qualitates, & operationes herbarum, Authore Iehosua Ibn-Veibesch, cognomento שלרקי d. ספר סירקאשטנס de Natura variorum simplicium. e. פרח הרפואה לגבטיר Flos Medicinæ. סגולת אבוקרט Peculium Hippocratis. אלמנתכאב Arab. المنتخب Liber selectus. Abulkasemi ὀφθαλμοθεραπεία, sive שתלים הנפרדים המועילים לעין לאבולקאסם עתאר אלמוצלי Interprete Nathane Menthæo. Adscribã verba, quæ calci annexa, & tã authorũ, quàm possessoris, nomina ordine exprimunt. שלי זו הספרי רפואות ואלה שמותם איש איש על דגלו הראשון נקרא חלוק וחלוף השני קאנון סגיר (قانون صغير) והשלישי סירקאשטנס והרביעי פרח הרפואה לגבטיר והחמישי סגולת אבוקרס והששי אלמנתכאב וספר אחת אשר שמו הוא פלאי ממני ומחברו הוא יהושע בן החכם הפלוסוף הרופא אבן וייבש זל המכונה שלורקי נאם השמש המשמש לתשמיש חביב מור דרור בן לאא רבי אלאכסנדרי שליט הרופא המכונה נעלה קניתי הספר הזאת מכמר אהרון רותם בעיר זמפילד במדינת לותרינגא בשנת חמשת אלפים ושלש מאות ועשרים ושבעה

CLASSIS XI.

Philosophia.

Descendimus à gradu sublimiori ad inferiorem, Philosophiam nempe, artes, disciplinas, prudentias, & Philologiæ

lologiæ reliquas appendices, quę omnia Philoſophię nomine inſignire placet. De PHILOSOPHIA autem in genere multi ſcripſerunt.

Alij quidem Criſin, vel libros Criticos; ut אור אמת Lux veritatis. שתי ידות Duæ manus. Alij Paradoxa; ut עולת יצחק Holocauſtũ Iſaaci. Alij ἐγκυκλοπαιδείας. Unde בתי נפש והלחשות Pectoralia & inaures (Ieſ. 3. 20.) R. Levi, liber de ſcientiis omnibus carmine tractans, in quo tot ſunt verſus, ut numerum æquent quem conficiunt literæ iſtius tituli. Antiquus Philoſophus, qui etiam ſcripſit לוית חן Ejuſdem argumenti videntur גנזי המלך Theſauri Regis, tractatus Philoſophici R. Iſaac ben Latif. Ejuſdem de eadem materia eſt רב פעלים magnus factis. מקור חיים Fons vitæ, R. Solom. ben Gavirol, עולם קטן Parvus mundus, Microcoſmus. Philoſophia *R. Ioſeph* antiquiſſima, ſcripta ante Moſen Ægyptium. דעת עליון Liber Philoſophicus, R. Ioſeph ben Tof. ספר המבקש Quæſitor, ſeu inveſtigator ſcientiarum. Proſa & verſu; R. Schem Tof Phalkeira. בית דוד Domus David, *R. Meſſer David*.

Alij contra Ariſtotelem diſputârunt. שער השמים Porta cœli. Scriptum eſt Philoſophicum, quo plurima contra Ariſtotelem, & alios Philoſophos diſputantur, etiam contra Majmonidem. Author *R. Iſaac Ibn-Latif.* חזות קשה Viſio dura. Dicunt eſſe חיבור המזהיר שלא להשתקע בלימוד הפילוסופיא tractatum, qui dehortetur, ne quis ſe profundiùs immergat Philoſophiæ.

Alij Ariſtotelis Philoſophiam excoluerunt, & pro ea pugnârunt. דעות הפילוסופים ſententiæ Philoſophorum. Compilatio librorum Ariſtotelis, quos ex Arabico omnes Hebraicè convertit *R. Schem Tof Phalkeira.* Ejuſdem

dem

dem fertur esse ראשית חכמה de Philosophia Platonica & Aristotelica.

Alij veritatem fidei ex Philosophia demonstrârunt. דרך אמונה גדול Via fidei magna. Liber de fide magnus, authore R. Schem Tof, Philosophicè fidei veritatem demonstrans. Alij denique Philosophica cum Theologicis miscuerunt ut Majmonides in More, & Mose, ben Chabib in suis מחנה אלהים castris Dei.

In specie verò libri Philosophici, & quidem ARTIUM, sunt vel GRAMMATICI,

אב ואם Pater & mater. Liber Grammaticalis, quem composuit quidam *R. Iuda. ben Karisch*, ut est in libro מאזני לשון הקדש ubi dicitur esse eximius & honore dignus. אותיות הסתר והמשך Liber Grammaticus de literis quiescentibus & mobilibus, cujus author *R. Iehuda Chijug*, qui à nonnullis statuitur primus Hebræorum Grammaticorum. אם הילד Mater pueri. Liber parvus Grammaticalis. בחור Electus. Liber Grammaticalis *R. Eliæ* Levitæ satis notus. בשם קדמון Libellus Grammaticalis ex quo pueros instituunt. דקדוק לשון הקדש Grammatica linguæ sanctæ *R. Mosis Kimchÿ*. דרכי נועם דקדוק בן חביב Grammatica filij Habib. viæ jucundæ, Prov. 3. 17. libellus Grammaticalis R. Mosis ben Chabib. הוריות הקורא Nomen libri antiqui Grammatici, cujus meminit *R. Iehuda ben Bilham*, tractatu de accentibus. ספר ההשגה vel simpliciter השגה Liber apprehensionis, sive Grammaticus, quem composuit *R. Iona Medicus*, ben Ganach, ex regno Korduba. Citatur sæpe ab Ephodæo in Grammatica. In præfatione vocat eum הרופא המדקדק השלם אביר המדקדקים ר׳ יונה בן גנאח Medicum & Grammaticum perfectissimum, omniúmque

que Grammaticorum præstantissimum *R. Iehuda ben Ganach*. In libro מאזני לשון הקדש dicitur confecisse libros septem, omnes desiderabiles, & septimum esse ספר שרשים Librum radicum. ספר הזכרון Liber memorialis, *R. Iosephi Kimchij*, qui pater Davidis fuit. טוב טעם Liber de accentibus Hebraicis, quo universa Accentuum Hebraicorum natura, proprietas, consecutio, & usus explicatur, *Eliæ Levitæ*. טעמי המקרא Accentus scripturæ, de accentibus, *R. Iehuda ben Bilham*. Peculiariter etiam scripsit טעמי ג׳ ספרים אמת Tractatum de Accentibus trium librorum Iob, Proverb. & Psalm. יסוד מורא Fundamentum timoris. Videtur Grammaticus *R. Aben Ezra*, citatur in Cosri. לוח הדקדוק Tabula Grammaticalis. לשון למודים Lingua eruditorum, *R. Solomonis Iarchij*; מהלך שבילי הדעת Profectio per itinera sapientiæ. R. Mosis Kimchij, Davidis fratris, qui claruit a. Ch. 1190. sæpius liber editus & translatus est. מכלול Perfectio, *R. Davidis Kimchij*. conscriptus liber circa a. Ch. 1200. מעשה אפוד opus Ephod, *Ex.* 28. 15. Liber Grammaticus celebris, cujus author, ut in titulo libri habetur, פרופט דוראן qui vixit a. Ch. 1394. & hunc librum conscripsit in gratiam discipulorum *R. Chasdai*. Liber optimus, & præmissa est ei insignis & docta præfatio, in qua de præstantia & utilitate studij Biblici, & de varijs alijs rebus eò spectantibus eruditè disserit. In *Schalscheleth hakkabala* habetur, traditionem esse, eum aliquãdo à religione defecisse, sed resipuisse. מקנה אברהם Peculium Abrahami, Medici. Grammatica, de qua *Munsterus* χυδαίως sensit. מרפא לשון Medela linguæ, Grammaticalis est, in cujus secunda, parte genera metrorum explicantur; *R. Mosis*, *ben Chabib*. ספר הנוח

 Liber

Liber quietis. Est liber Grammaticus, cui tres alii adjuncti, quibus, ceu quatuor partibus, Grammatica absolvitur. Hic agit de literis quiescentibus. Alter est ספר הכפל Liber duplicationis. Videtur agere de verbis duplicantibus secundam radicalem. Tertius ספר הנקוד liber punctationis. Agit de vocalibus, & vera punctatione vocum. Quartus ספר מרקחה Liber condimenti seu conditurae. *R. Iehuda Arabis Fessani*, cognomento חיוג, qui Aben Ezrae, & R. D. Kimchio appellatur ראש המדקדקים *Princeps Grammaticorum*; פרקי אליהו Capita Eliae; absolutum opus Grammaticum, *Eliae Levitae*; Cum Munsteri versione edita sunt Basileae. Habeo tamen exemplar Editionis Italicae. ספר הנקוד Liber punctationis, seu de punctandi arte per vocales. עט סופר stylus scribae, *R. Davidis Kimchij*. עין הקורא Liber Grammaticus est, quem laudat Elias in fine libri sui Masoreth. פרח שושן Flos lilij (1. *Reg.* 7. 27.) *R. Mosis, ben Chabib*. Grammaticus videtur. פתחי דברי Initium verborum meorum. Grammaticus est, excusus primum in Hispania, deinde Venetiis. ספר צחות Liber elegantiarum. Grammatica de sermone bene formando, *R. Abrahami*, filij R. Meir Hispani, qui vocatur ben Ezra. Ejusdem sunt שפת יתר Labium excellentiae, *Proverb*. 17. 7. Item, ספר היסוד de Linguae Hebraeae mysterijs· לוית חן Additamentum gratiae Proverb. 1. 19. Grammatica *R. Immanuelis, ben Giunto*, Aben Venuto. מגן דוד Clypeus Davidis. Grammatica *R. Elisa*, i.e. Graeci, Apologiam continens pro R. Davide Kimchio contra Ephodaeum, qui eum in opere suo Grammatico saepissime refutat. עמק החרוץ Vallis excisa (*Hos.*

(*Hos.* 1. 5.) Grammatica Msc. עץ חיים, Grammatica *R. Ezechiæ Romani*, Constantinopolitani Rabbini. ספר הקירוב והישוה Liber manuductionis & directionis: Grammatica est *R. Ionah ben Ganach*, scripta Arabicè, & in linguam Hebræam translata, à R. Jacobo Romano, Constantinopolitano. ראשי בשמים Præstantissima aromata *Cant.* 4. 14. Grammatica *R. Menachem Tamar*. שפה ברורה Labium purum; *R. Abraham*, *ben Esræ*, edita Constantinopoli. ספר התגין Liber coronarum, vel de coronis sive apicibus, qui superscribuntur literis libri Legis, & תגין vocantur. הרכבה compositio. *Eliæ Levitæ* est, & explicat in eo voces compositas, quæ ex diversis anomalijs, vocibus aut conjugationibus formam compositam habent, aut alias insignes anomalias continent. ערוגת הבשם Area aromatica *R.* Samuel Arcuvolti.

Huc etiam referuntur Lexica

1. Biblica. לקח טוב Doctrina bona, Proverb. 4. 1: Lexicon Hebræo Germanicum in tota Biblia, additis sparsim glossis Hebraicis. Liber non est inutilis Germanis. באר משה Puteus Mosis. Explicat Germanicè voces difficiliores, quæ in Mose habentur. שורשים Radices. Sic vocatur altera pars Michlol R. Davidis Kimchij, continens Lexicon vocum primitivarum, quas Hebræi Radices vocant; aliæ sunt *R. Ionæ, ben Ganach*, conversæ ex Arabico in Hebræum; aliæ *R. Iudæ Chaji*, aliæ *R. Gecatiliæ*; aliæ *Menachem* Sarruc, aliæ *Solomonis Almouli*. אהל מועד Tentorium conventus; continens Synonyma Hebraica ex Bibliis petita, adductis

 singu-

ſingularum vocum exemplis, & loco, ubi reperiuntur. שרשות גבלת Catenæ terminatæ; *Exod.* 28.22. q.d. radices determinatæ *R. Solomonis Almouli*: Collectio omnium authorum, qui de linguæ Hebraicæ radicibus ſcripſerunt. Editum hoc Lexicon ad literum נ. cætera vix reperiuntur, ſed periiſſe putantur. שרשות כסף Catenæ argenti, q. Radices Caſpi. Eſt enim liber *R. Ioſephi Caſpi*, de Radicibus linguæ Hebraicæ.

2. TALMUDICA. אות אמת Signum veritatis. Liber Criticus, continens expoſitionem dictionum peregrinarum, & varias lectiones in Rabboth, author *Mahir Bombanaſſe*, אמרי בינה Verba intelligentiæ, *Proverb.* 1.2. Liber novus & recens eſt, complectens explicationem vocum exoticarum, & difficiliorum in Zohar, & eſt ejus quoddam Lexicon. ערוך Lexicon Talmudicum & Chaldaicum, R. *Nathan*, qui florere cœpit a. Ch. 1050. ערוך הקצור Aruch breve. Majoris Aruch compendium eſt; ſed author ejus ſæpe meliores explicationes affert, quàm in majori ſunt; ſæpe etiam Germanicè interpretatur. Authoris nomen non appoſitum; ſed apparet Germanum fuiſſe.

3. CHALDAICA. מתורגמן Interpres; Lexicon Chaldaicum *Eliæ Levitæ*.

4. MIXTA. מעריך המערכות digerens digeſta. Dictionarium eſt complectens omnes voces Hebræas, Chaldæas, Talmudico-Rabbinicas, & Abbreviaturas Hebræorum Philippi *Aquinatis*, judæi converſi. צמח דוד Lexicon Davidis de Pomis. עיר דוד urbs David; Lexicon *David Cohen de Lara*.

Extat etiam NOMENCLATURA Hebraica *Eliæ Levitæ*, cui Fagius addidit vocabula Latina.

Item

Item Synonyma. אהלי מועד Tentorium conventus.

B. Vel Rhetorici, נופת צופים Rhetorica *Misser Leonis*, edita Coloniæ: alia edita Constantinopoli R. *Isaac Alfuel*, varia & vana.

C. Vel Logici; הגיון Logica R. *Simeonis*; alia est Logica *R. Levi ben Gerson*. כח הגיון לארסטוטלוס מקיצור אבן רשד Compendium Logicæ sive Organi Logici Aristotelici, *Aben Rasched*, i.e. Averrois. מלות הגיון Explicatio vocum, sive terminorum Logicorum. צרור הכסף Fasciculus argenti; R. Iosephi Caspi Logica Msc. Scripsit etiam Logicam *Menasse ben Israel*: De Logicis Talmudicis actum est supra p. 13. His jam accedunt cæteri Philologi 1. Historici;

A. *Universales* צמח דוד Germen Davidis, ab initio Mundi usque ad a. Ch. 1592. שלשלת הקבלה Catena Kabbalæ; Historicus ab initio ad sua usque tempora, circa a. Ch. 1588. quo ultimum suum incepit librum; scribit enim 21. se composuisse libros. ספר יוחסין Tractans Historiam sacram ab initio mundi ad a. Ch. 1500. *R. Abraham Zacuth*. סדר אליהו Chronologia Eliæ, *R. Eliæ Capsali*, Historia universalis sui temporis. Msc. סדר עולם רבא Chronicon mundi majus. Tractatur Historia mundi usque ad Adriani tempora, qui bello subegit Cosbam. Author putatur *R. Iose*, *ben Chilpheta*, qui circa a. Ch. 130. vixit. סדר עולם זוטא Chronicon Mundi minus: de cuius authore consule *Bib. Dux*. 387. פרקי אליעזר Capitula *R. Eliesaris*. Continent historiam mundi usque ad tempora Gamalielis secundi: Unde colligunt, Eliesarem magnum, Hircani filium, qui eo tempore vixit, huius libri quoque authorem esse. Sunt tamen, qui aliter sentiunt. Prodiit cum Notis & versione

sione Vorstij. De Antiquitate videatur *Hist. Eccles.* P. 1. p. 74. *Smeg. Orient.* P. 1. p. 202. יסוד עולם Fundamentum mundi; Doctissimum scriptum Historicum; quod in hac Bibliotheca Heidelbergensi fuit.

Vel B. *particulares*

a. De judæorum bellis & Republica. יוסיפון Iosephus.

b. De Danitarum Imperio. ספר אלדד הדני Liber Eldad Danitæ, in quo varia historica de decem tribubus, & de fluvio Sabbathico.

c. De persecutionibus. שבט יהודה Tribus Iehuda; extat cũ versione Latina Georg. Gentij. Liber Historicus de variis calamitatibus, martyriis, dispersionibus, accusationibus, ejectionibus Iudęorũ: itẽ de disputationibus aliquot in Hispania & Italia inter ipsos & Christianos habitis: item quomodo olim princeps in Israele sit electus & inauguratus; quomodo sanctuarium olim fuerit extructum, & quomodo sacerdos maximus in eo sacra peregerit in die expiationum; quid actum fuerit, cùm agnus paschalis offerretur, & plurima alia jucunda lectu. Ejusdem argumenti videtur ספר הגלות והפדות Liber exilij & redemtionis; cujus Menasse meminit. יבות עולם Dies seculi. Liber Abarbinelis, quo pollicetur, se recensere velle omnes persecutiones & afflictiones Israelitarum inde ab Adamo, ad sua usque tempora.

d. מעשה בית דוד בימי פרס Res gestæ domus Davidis, temporibus Persarum. צוק העתים Afflictio sive calamitas temporum. Novissimum scriptum; stylo conciso & sublimi exaratum. Polonicam calamitatem enarrat. Rarò, quod sciam, reperitur. Obtinui exemplar à quodam in Helvetia judæo.

e. De

e. De LXX. Interpretibus. הדרת זקנים Honor ſenum. Libellus Ariſteæ de LXX. Interpretibus ex Græco ſermone in Hebræum converſus, à *R. Aſaria*.

f. Genealogiæ. דברי הימים verba dierum, *R. Gedaliæ*, in quo ſuæ familiæ genealogiam & Hiſtoriam perſequitur.

g. Variæ proſopographiæ. Hiſtoria de R. *Iehoſua*, qui, invito Angelo mortis, vivus illapſus eſt in Paradiſum, cujus deinde formam & manſiones omnes deſcripſit. מעשה אברהם Hiſtoriæ admirabiles de Abrahamo: ספר זרובבל Liber Zerubabelis &c. Vide *Bib. Buxt*. p. 324.

h. Huc etiam pertinent *Itineraria*. מסעות ר׳ בנימין Profectiones, Itinerarium R. *Benjamini*, qui univerſum penè circuivit orbem, & res memorabiles omnes, quas vel vidit, vel à fide tam indignis, quàm dignis audivit, in eo libello deſcripſit. Prodiit cum verſione & Notis *Conſtant. L'Emper*. סבוב העולם Circuitus Mundi. Itinerarium eſt *Peſrchiæ Ratisbonenſis*, quod Hebraicè & Germanicè eſt excuſum.

i. Scriptores *Mixti*. Talis eſt מאור עינים Lumé oculorũ, cujus tertia pars אמרי בינה continet varias res Hiſtoricas & Philologicas. Liber elegans, eruditus & jucundus, in quo de productis quæſtionibus non tantum ex Hebræis, ſed & Græcis ac Latinis ſcriptoribus diſſeritur. Nam adducit multa ex Auguſtino, Hieronymo, Ariſtea, &c. R. *Azariæ, Edomæi*.

k. De variis *Epochis*. תקון שטרות ordinatio contractuum i. e. de numeratione annorum à literis contractuum, quæ שטרות nuncupantur, R. Iudæ Barſellonij a. Ch. 1070. Numerârunt judæi primò ab exitu ex Ægypto; deinde à Regibus; tertio ab Alexandro Macedone.

 II. Poe-

II. POETÆ. מַחְבְּרוֹת עמנואל Compoſitiones Immanuelis. Liber Poëticus, continens rhythmos & metra omnis generis, admirabili arte eloquentia, elegantia & doctrina conſcripta: Unde non immeritò שר המשוררים Princeps Poëtarum habetur: Habet tamen multa ſcurrilia, more Latinorum, quos imitatus videtur. Author Immanuel, fil. R. Solomonis. שיר היחוד Canticum de unitate Dei. אמרי נואש verba deſperati Iob. 6. 26. Liber *R. Solomonis Piera*, de Rhythmis Hebraicis, ſeu Poëticorum verborum copia. בן זקנים Filius ſenectutis *R. Iudæ Levi*, verſus frigidi & inepti. בן משלי filius Proverbiorum. Verſus ſunt antiquiſſimi Poetæ, *R. Samuelis hannagid*, qui ante 700. annos ſcripſit. Alij tamen eum tribuunt *R. Iehudæ, Aben Tybbon*. דרך חיים *R. Menachem Lonzano* carmina moralia. בתי נפש והלחשות Pectoralia & inaures; de quo libro ſupra. מורה הנבוכים Verſibus expreſſus extat à *R. Mattathia Cartin*. מחברות איתיאל Collectiones vel compoſitiones *R. Ithiel Chariri*, conſcriptæ Arabicæ; quas deinde Chariſi Hebraicè tranſtulit, & תחכמוני vocavit. Utraque lingua, tum Arabica, tum Hebræa eſt eloquentiſſimus liber. Chariri enim Arabicè æmulatus eſt eloquentiam Alkorani. Charizi verò hujus facundiam Hebraicis carminibus ſuperâſſe videtur. Emanuel ipſe, homo glorioſiſſimus, hunc Chariſi, tanquam ſummum & incomparabilem Poëtam commendat in מחברות עמנואל c. 9. תילי תהלים Pſalmi pſalmorum. Liber Pſalmorum in Hebraicum rhythmum, quo nunc utuntur Hebræi, converſus à *R. Chanania Ibn Iakar*. Non ita pridem Conſtantinopoli eſt confectus. בן המלך והנזיר Regius filius, & Nazirænus.

Menaſ-

Menasse Poeticis annumerat. ספר המליצה Liber facundiæ. זמירות ישראל Cantiones Israëlis. אימה כנדגלות Terrifica, ut vexillo insignitæ. השירים אשר לשלמה Cantica Solomonis. De Musica.

3. Oratores. דופי הזמן Probrum temporis. Liber parvus, eloquentiam & puritatem linguæ elegantissimè ostendens, multiplicibus dicendi modis abundans, & flumen quoddam insigne in oratione profundens. Isaaci Obadiæ

4. Epistolographi. מעין גנים Liber Epistolicus, continens, 50. Epistolas Hebraicas familiares, nempe 25. cum responsionibus suis. Stylus elegans & luxuriosus. אגרות ר' משה נתן Epistolæ *R. Mosis Nathanis*. אגרת בעלי חיים Epistola animalium. Liber est, in quo colloquuntur homo, feræ, jumenta, aves, reptilia, & vires, virtutes, vitia, proprietates ac naturæ singulorum explicantur. Ex Græco in Arabicum, & ex Arabico in Latinũ. Ex Arab. translatus dicitur à *R. Kalonimo*. אגרת הויכוח Epistola redargutionis, vel disceptationis R. Schem Tof, *bar Ioseph, ben Phalkiræ*. Libellus parvus est, disputationem continens inter Philosophiam & Theologiam, ostendens illas inter se non pugnare, ac proinde non prohibitum esse Philosophorũ libros legere, & illas artes addiscere. אגרת הרמבן להתנצלות ספר המורה Epistola Apologetica *R. Mosis ben Nachman*, pro libro More Nevochim. אגרת תימן & אגרת תחיית המתים Epistola Meridiei; & Epistola resurrectionis mortuorum; de quibus supra. אגרות להמאור הגדול Epistolæ ad lumen illud magnum *R. Mosen Majmonidem*, quæ missæ ad eum ex Oriente, occidente, Septentrione & Meridie.

5. FABULÆ, ADAGIA. משל הקדמוני Proverbium antiqui. Liber est rhythmicus, continens fabulas & apologos, conscriptus, להודיע נוח לשון הקדש ad ostendendum usum, elegantiam, & virtutem linguæ Sanctæ, ut author Iuchasin scribit. Dividitur in 5. partes 1. agit de laude intelligentiæ & sapientiæ. 2. de laudibus pœnitentiæ. 3. de Consilio & prudentia. 4. de humilitate. 5. de timore. Author *R. Isaac, fil. Solomonis*. משלי שועלים Adagia vulpium, fabulæ vulpium. Similis est præcedenti. Liber fabularum ad virtutem & prudentiam comparandam directus. *R. Berachiæ Barentonij* punctatoris. ספר חזון Liber visionis. Continet ænigmata.

Pergimus ad Scientias, ubi

1. Occurrit PHYSICA, tum generalis, מדרש החכמה Commentarius in Physicam Aristotelis *R. Iuda Sacerdotis, Toletani*. רוח חן Physica Hebræa *R. Aben Tybbon*, Latinè reddita per Ioh. Isaacum Levitam. שבילי אמונה semitæ fidei. Liber Physicus & astronomicus.

In specie

a. De sensibus. קצורי אבן רשד Compendia *Aben Resched*, octo librorum Aristotelis de auditu naturali.

b. De anima. כלכיאל Liber parvus, agens Philosophicè de anima & ejus facultatibus. נשמת אדם Anima hominis *Proverb*. 20. 27. Tractatus de anima, & ejus facultatibus. *Menasse, ben Israel* Kabbalisticis accenset. ערוגת המזמה Area cogitationum *R. Abraham Aben Esræ* tractatus de anima, obscurissimus, brevissimus, & eloquentissimus Msc.

c. De aqua & mari. יקוו המים Congregentur aquæ, Gen. 1. Liber Philosophicus de aqua & mari, in quo rationibus Philosophicis demonstrare conatur, cur aquæ

aquæ terram non obruant, *R. Samuel ben Tybbon.*

d. De memoria artificiali. לב האריה Cor Leonis. De memoria artificiali *R. Iuda de Modena.*

e. De somniorum Interpretatione. בעלי החלומות Domini somniorum. *R. Iacob Corbeil* de responsis in somniis. פתרון חלומות Liber de Interpretatione somniorum, collectus ex Talmude, zohar & aliis authoribus, *Iosepho justo, Daniele, Rabbenu Haj, Gaon;* & Ethnicis scriptoribus, *R. Solomonis Almoula.* חלומות Liber somniorum *Rambam.* Alius est *R. Haji.*

f. Cheiromantia. חנוך Chanoch. Liber est, in quo Cheiromantia explicatur, i. e. ratio linearum manuum & faciei *R. Gedaliæ*, qui eum composuit Pisauri in memoriam filij sui Enochi.

2. Mathematica eaque vel pura, ut Geometria. אקלידוס Euclides ex Arabico in Hebræum sermonem translatus per Mosen Aben Tybbon, qui scribit in præfatione, se absolvisse eum a. Ch. 1270. מעיין גנים Fons hortorum *Cantic.* 4. 8. recens liber Josephi del Medico, in quo continentur responsiones ad quæstiones quasdam Mathematicas, quas in libro אילם proposuit. חשב האפוד Liber Geometricus *Ephodæi.* צורת הארץ Figura terræ; Geographia *R. Abraham bar Chija.*

Arithmetica, מלאכת המספר ars numerandi. Arithmetica est, quam ad formam nostrarum Arithmeticarum scripsit *R. Elia Mizrachi*, qui etiam sphæram conscripsit. ספר המספר Arithmetica *R. Abraham Aben Esræ.* מעשה חשב Opus supputantis *R. Isaac Alchadef.* עובר לסוחר Transiens apud mercatorem. Arithmetica *R. Menachem Tzijon Port.*

vel Mixta, ut

a. ASTRONOMIA, לוחות התכונה Tabulæ Astronomicæ, in gratiam Alphonsi Regis Portugalliæ confectæ, quæ idcirco Alphonsinæ vocantur, *R. Isaaci Ibn Seid.* רבע ישראל Quadrans Israëlis, *R. Iacob ben Machir*, de quadrante Astrolabij. לבוש אור Vestimentum lucis. מהלך הכוכבים Iter stellarum. מחזור ויטרי Liber Astronomicus *R. Simcha*, discipuli *R. Solomonis.* עתים Liber de temporibus *R. Iehuda bar Barzilai.* Liber Astronomicus ut apparet, Temporum discrimina supputans, ratione motuum cælestium. צורת הארץ Figura terræ; Sphæra mundi est, describens figuram terræ, dispositionem orbium cælestium & motuum stellarum, *R. Abrahami fil. Rabbi Hajiæ* Hispani. צורת העולם Figura Mundi, *R. Isaaci ben Lataph*, insignis Philosophi. In specie verò de Calendariis & Intercalatione multi scripserunt. סדר העבור ordo intercalationis *R. Davidis Abudenhem*, a. Ch. 1341. עיבור Liber Intercalationis, *R. Abrahami Principis*, Astronomi insignis; Est & alius ejusdem argumenti עיבור שנים Intercalatio annorum, עברונות Intercalationum liber. De solstitiis, æquinoctiis, de lunæ motu, & mensibus, & totius Calendarij ratione. אהלי קדר Tentoria Kedar. *R. Solomonis Ieruschalmi*, Calendariũ Arabicũ. תקון יששכר Correctio vel ordinatio Iissaschar. *R. Isaschar*, ben Susan, correctio vel ordinatio Calendarij. אורח סלולה via strata de Calendario, festis &c. *R. Isaac Alchadeb.* שש כנפים sex alæ, *R. Solomonis* Talmid Ephemerides, sex tabulis comprehensæ.

Neque Astrologici illis desunt, בן ארבעים לבינה Filius quadraginta annorum ad prudentiam, Astrologicus

cus liber *R. Abraham Zacuthi*. כתב אליהו Epistola Eliæ. *R. Eliæ Alphegi* Astrologia. שארית יוסף R. Ioseph ben Iosuæ Calendarium, Astrologica de Natalitiis &c. complectens. חבונת זכות Astrologia, *R. Abraham Sachuti*: Alius est *R. Abraham ben Dahud*. Calendarium Menasse ben Israël

b. & Geographia. אורחות עולם Viæ mundi. Fertur esse Geographiæ compendium; & idem forte cum אגרת אורחות העולם.

3. In Ethicis habemus, פרקי אבות Capitula Patrum: ubi apophthegmata, moralia & alia piè dicta Patrum Ecclesiæ judaicæ, quæ collegit R. *Nathan* Babylonius circa a. Ch. 130. In hunc librum multa extant commentaria, *Abarbinelis*, nomine קיצור אברבנל על פרקי אבות Compendium commentarij Abarbinelis, super Pirke Abhoth. Comment. *Rabbenu Schemuel Lirma*. לב אבות Cor patrum, R. Isaaci Lebeth hallevi. מילי דאבות Verba Patrum, R. *Iosephi Hivani*. פרקי משה Capitula R. Mosis Almosnino, expositio in Pirke. מדרש שמואל על פרקי אבות Commentarius Allegoricus super capitula patrum. Adduntur à Menasse, דרך החיים via vitæ. מדרש שמואל; קרית חנה Explicatio Samuelis; רכב אליהו Curvus Eliæ. יסוד יוסף Fundamentum Josephi.

Ad hanc Classem pertinent, ספר המדות Liber morum: Sic vocantur libri Ethicorum Aristotelis, quos in Hebræum sermonem vertit *Don Meir*, Medicus Regis Castiliæ, a. Ch. 1405. Commentario hunc librum illustravit R. *Ioseph*, *fil. R. Schem Tof*. אגרת בתי הנהגת הגוף והנפש Libellus agens de regimine corporis & animæ, authore *R. Schem Tof Phalkira*: Metricè con-

conſcriptus. חסידים Liber piorum vel Sanctorum, Ethicus & Theologicus, continens præcepta bene vivendi, quæ variis exemplis & Hiſtoriis illuſtrantur, R. *Samuelis* a. Ch. 1180. Filium habuit ר׳ יהודה חסיד dictum, cujus nomen hodie in fronte libri ponitur. מבחר הפנינים Selectæ margaritæ; Liber celebris, continens præcepta Ethica & moralia ex antiquis Philoſophis Græcorum & Arabum collecta à *R. Solomone, ben Gavirol.* Conſcriptus primum ab authore in Lingua Arabica , & in ea مختار الجواهر vocatus; deinde à *R. Iehudah*, *Aben Tybbon* Sevilienſi, ex lingua Arabica in Hebræam converſus. מוסר השכל vel שירי מוסר Eruditio intellectus: Libellus parvus, continens elegantes ſententias morales ad virtutē & pietatē excitantes, metricè conſcriptus *R. Haj, Gaon.* ספר מוסר Liber diſciplinæ. Liber celebris eſt politicas & Theologicas virtutes tractās ex ſacris literis, & ſcriptis veterum. Alius eſt ejuſdem nominis & argumenti *R. Iſaac Creſpin* , proſâ & verſu. תורה אור Lex lux, de ultima felicitate. אורחות צדיקים Semitæ juſtorum. חיי עולם vita æterna. מנוח הלבבות Requies cordium. רופי חזמן Probrum temporis. עמודי שש columnæ marmoreæ. מוסרי הפילוסופים Præcepta Ethica vel moralia Philoſophorū. מרפא לנפש Medicina animæ. Liber Ethicus & moralis. Reperitur etiam ejuſdem argumenti מרפא הנשות *R. Ioſeph Barſellonij*, ex Arabico in Hebræum translatus. גורן נכון Horreum præparatum, ex 2. Sam. 6. 6. *R. Solom. fil. Iudæ Gabrielis.* הילכות דיעות Libellus Ethicus ex Ramban, libello antiquo הלכות דרך ארץ & אבקת רוכל collectus. Adjunctus eſt alius ejuſdem argumenti, qui vocatur בן סירא · חיי עולם Liber eſt antiquus, complectens ſententias morales & utiles. In

eo

eo multa fabulosa de sapientia ben Siræ, post sententias istas morales, aspersa sunt. בית מדות Domus morum, Liber Ethicus. אורחות חיים Viæ vitæ. Liber moralis ad vitam secundum virtutem instituendam. מאה דברים centum verba, R. Isaac Nathani institutio seu disciplina filiorum. מאזני צדק Bilances justæ: Liber moralis ab Aluamat Algazelo scriptus, & Hebraicè conversus à R. *Abraham Bar Chasdai*.

4. Ex Politicis damus, חוקות הדיינים statuta judicum. Quomodo judices se gerere debeant in judiciis: R. *Meir de Rotenburg* author putatur. סוד חסודות Arcanum arcanorum vel consiliorum. Fertur esse liber de consiliis, consiliariis &c. ab Aristotele Alexandro missus, olim ex Græco in Arabicum, postea ex Arabico in Hebræum translatus.

5. Ad Oeconomiam pertinent judæorum scripta

a. De Conjugio. אגרת הקדש Epistola sancta, de copulatione mariti cum uxore, ut liberos sanctos consequantur, Ramban. אשת חיל Mulier strenua. Liber parvus est, eleganter describens ex sacris literis virtutes uxoris strenuæ, & ejus officium erga maritum, ac quomodo pax conjugij conservanda sit, & res familiaris augenda.

b. Convivialia. שלחן ארבע Mensa quadrata: Liber in quo agitur de iis, quæ homo in mensa & tempore cibi observare debet: sub finem etiam agitur de convivio pro justis præparato in seculo venturo.

Quibus ætatum periodis singula studia suos habuerint cultores, indicare quidem jam constitueramus; quia verò id ipsum in Historia nostra Ecclesiastica, distincta cujusque seculi sectione, de judaismo, præstitimus,

mus, cæteráque, quæ restant, longiores digressiones non ferunt, ad Arabes pergimus, eorundem forulos etiam excussuri.

Caput II.

De Bibliotheca Arabica.

QUantum, in literatura Græca & Latina Bibliothecæ deferatur *Geßneri*, in Hebraica Bibliothecæ Rabbinicæ *Buxtorfij*, me tacente, Bibliopolarum officinæ loquuntur. Sunt enim hi consiliarij, quorum opera, quid in augenda re libraria faciendum, quid omittendum, tutissimè discimus. Absque his si foret, neque de illorum φιλοπονίᾳ inexpugnabili, neque de horum ditè supellectili libraria nobis satis constitisset. De Anglorum studijs, & laboribus, quis rectius nos docuerit, quàm Balæus in Centuriis, quibus exactos Gentis illius librorum pertexuit Catalogos? Idem nostro tempore multæ per Germaniam tentârunt Academiæ, quæ Professorum suorum vitam & scripta posteritati commendârunt. Solis ferè Arabibus defuit proxeneta, qui studia illorum Europæis, prolixo aliquo scriptorum, aliis linguis & Gentibus ignotorum, utilium tamen, & tam Theologis, quàm cæterarum Facultatum Antistitibus varia èruditione se commendantium, Catalogo proponeret atque insinuaret. Me quod attinet, temerarius fortè videri queam, quòd, cùm rudis sim vector, nec dum scalmum rexi in lacu, Euxini maris fragores sulcare contendam; qui dum vix prima penitioris Arabismi limi-

limina attigi, viam tamen aliis per tot charybdes ostendere coner & scyllas: In spem tamen erigor, veniam me facilè impetraturum ab iis, qui, cùm plura jam habere non possint, haberi tamen posse, suo tempore, haud obscurè, ex Indice nostro, colligent. Sufficiat, rudi hac Minerva excitâsse Apellem aliquem, qui & hanc nostram σκιαγραφίαν correxerit, & ultimam tot votis flagitatæ & expetitæ Bibliothecæ Arabicæ manum imposuerit. Est autem Methodus conscribendarum Bibliothecarum, Orientalium præsertim, triplex. *Illa* prosopographica, quâ magnorum virorum vita descripta, comitem semper habet laborum quoque Catalogum: qua Methodo potissimum utuntur Arabes. *Ista* librorum nomina tantùm ordine Alphabethico exhibet. Hac Methodo Bibliothecam nobis suam dedit Magnus Buxtorfius. *Hæc* denique Locorum communium rationem habet, quam & nos hac vice (priores enim docendi viæ in *Theatro* nostro *Tetrastego* commodiorem occupabunt sedem) sequemur, utpote studiis & Scholis Christianorum maximè accommodatam. Quæ etiam ratio nos impulit, ut, post varios fluctus, Hebræam Bibliothecam, ex Buxtorfio, Legero, Menasse ben Israël, eadem serie exhiberemus.

CLASSIS I.

Theologorum *Christianorum.*

TOta Bibliotheca Arabica, objecti respectu libros continet vel *Theologicos*, vel *Politicos* seu *Iuridicos*, *Medicos*, *Philosophicos*, vel *Philologicos*. *Theologici* iterũ vel φερωνύμως sunt Christianorum vel ἀκυρολόγως Iudæorum,

rum, tum Rabbanitarum quàm Karræorum, Sabæorum ſeu Magorum, Manichæorum , Muhammedanorum. Chriſtianorum Arabum lucubrationes iterum ſunt Textuales ſivé Translationes , Exegeticæ, Didacticæ, Polemicæ , Practicæ , Hiſtoricæ. Singulæ Theologiæ partes ab Orientalibus ſeriò ſunt excultæ. Quia verò ſingula operoſius demonſtrare illius demum eſt , qui Bibliothecas Arabicas Orientis perluſtravit, vel Laurentianam, Vaticanam , Oxonienſem cumprimis & Leidenſem penitius inſpexit, ſatis fuerit, ſingulorum ſpecimina dediſſe, repoſitoria, & proprias ſedes aſſignâſſe, quibus deinceps quicquid aliunde acceſſerit, commodè adjici poſſit. Habentur ergo in Theologia Chriſtiana lucubrationes variæ A. Textuales i.e. Verſiones vel veteris, vel Novi, vel utriuſque Teſtamenti , aut partium tantùm quarumdam, alterutrius. De his prolixè actum à nobis eſt *Anal.* P. 1. p. 261. *Theſ. Phil.* p. 269. & deinc. ὁδηγȣ̃. P. 1. c. 5. quibus tamen addimus quæ habet *Nicol. Clenard.* Epiſt. lib. 1. p. 134. *Nunc convolo ad Evangelia Arabica, de quibus tibi aliquid narrare libet. Nactus ſum Codicem deſcriptum, & verſum ab hinc ſexcentis annis. Habeo & aliud exemplar ex eadem Translatione deſcriptum. Reperio pleraque omnia hic ſe habere ut hodie legimus in Græcorum codicibus , quos ſecutus eſt Eraſmus. Illud Ioh. ult. Si eum volo manere. Et illud in Luca, In terra pax, hominibus bona voluntas: & reliqua , quæ Eraſmus reſtituit, omnia ſic habent Arabes ; ne putemus olim aliter legiſſe Græcos , quàm hodie ſonant vulgata exemplaria. Nullum non moveo lapidem, ut Epiſtolas Pauli conſequar, & reliquos ſacros codices: Omnia enim*

ſunt

sunt apud illos olim versa: Quin & scripta Thomæ quædam verterunt, & alia quam plurima. De sacris mihi præcipuè cura est, quæ ad utrumque attinent Testamentum; & jam Pentateuchum quidam habet, missurus, ubi voluero. Quantò feliciori nos vivimus seculo, quibus hæ facilius parantur divitiæ, obstetricante cumprimis magna jam Anglorum diligentia, quæ, præter cæteras, quæ eruditorum hactenus oculos fugerunt, totius nobis V. & N.T. Versionem dabit Arabicam. Sed & celeb. *Waltonus*, Præfat. Introduct. ad Linguar. Orient. Sect. 46. monet, *Extare & alia duo* (vidi alterum, à Patriarcha Cyrillo Cantuariensi Archiepiscopo donatum) *Pentateuchi Arabici exemplaria in Bibliotheca Oxoniensi, secundum versionem* LXX. *Dantur & variæ Editiones N. T. Arab. variáque exemplaria Mss. & impressa, quibus usi sumus. Athanasius Kircher.* in Oedip. Ægypt. Tom. II. Par. I. Class. 2. facit mentionem *versionis Maronitarum*, quam supra P. I. p. 262. citavimus. Tandem etiam Nobilissimus *Seldenus* Lib. III. de Præfecturis & Synedrio Hebræorum p. 374. exemplaris meminit Evangeliorum Msc. in cujus calce Calendarium reperitur. *Ad calcem Evangeliorum exemplaris penes me Arabicè antiquitùs in Ægypto perpulchrè conscripti (absoluti nempe 8. die Musre, mensis Coptici, id est, 1. Augusti Iuliani, anno æræ Martyrum 1002. seu Christi 1286.) reperitur mensium, Dierum, Festorum, Lectionum vespertinarum ac matutinarum Calendarium, in quo quidem sunt aliquot hactenus fugientia.* De ux. Hebræ. pag. 116. meminit Editionis

nis Pentateuchi Romæ pridem exhibitæ, & alius penes ſe Mſc. exemplaris. In vita *Peireſcij* p. 384. meminit Gaſſendus Bibliorum, quæ acceperat, Arabicorum, Arabicè, Perſicè, Chaldaicè ſcriptorum; aliorum item Arabicorum cum initiis capitulorum Samaritanis; quæ tamen poſteriora de Pentateucho intelligi debent. Samaritani enim totum V.T. non recipiunt. *Erpenius* in ſua etiam habuit Bibliotheca quatuor Evangelia, ter, ſemel charactere Syro; Pſalterium, eodem charactere. Verſio liberior et ſe diffundens.

B. EXEGETICÆ, ſive Conciones. Sic extat

ترجام عيد الميلاد الاب القديس الجاثليق

البطريرك اليا الثالث المعروف بابن الحديثي

Explicatio feſti Nativitatis, facta à Patre Sancto, Catholico, Patriarcha Elia III. *Cognomento Ibn-Hadithio.* Prodiit ante hac & Latinè & Arabicè ſeparatim; nunc textum cum verſione dedit Celeb. D. Golius, mantiſſam Grammat. Erpen. recens editæ, p. 249. In Bibliotheca autē Leidenſi habentur ejuſdem authoris تراجيم الاعيان *Conciones feſtales.* De ſtylo, ætate, & ſcriptis hujus authoris ita Clariſs. Golius: Continuæ Orationis exercitiis, jam præmiſſis, pro Coronide accedat etiam aliquid ex Chriſtianorum ſcriptis depromtum. Et quidem ex iis, quæ ſtyli ab Hariræo uſurpati formam imitentur. Tales ſunt Homiliæ, Paræneſes, & Liturgiæ quædam, in Academiæ noſtræ Bibliotheca extantes, authore Patriarcha Antiocheno, Elia III. qui circa a. Ch. 1180. quo tempore bellum ſacrum in Palæſtina gerebant Franci, ſe vixiſſe haud uno loco teſtatum fecit. In Codice illo hæc

prima

prima occurrit in Natalem Domini brevis homilia, sive allocutio ad Christianos; quam etiam una cum aliis illis progymnasmatis olim interpretatus fui. Non tamen pro genuino adeò Arabicæ Linguæ fœtu censenda est, quàm si à mero & vero Arabe concinnatam constaret. Nam licet Arabicam pro vernacula habuerit idem Patriarcha, tum & culturæ ejusdem curam operámque dederit, utriusque tamen speciminis facta comparatione discrimen facile apparebit: Scilicet accuratam minus hic esse dictionem; quandoque etiam Syris aut Mesopotamiis, nec non Christianis peculiarem. Sed quia eam quoque nôsse intersit, utique hoc Progymnasma æquè ac cætera promovendo Linguæ studio, usuíque conduxerit. Præterea, cùm in aliis istis sit spectanda oratio ferè sola, hoc insuper res ipsa atque argumentum commendant; quamvis & hic subinde plusculum sit coloris, prout populi tum & seculi mos erat. Attamen eo etiam, velut tragemate quodam, corrigi poterit aut discuti, si quæ fortè à paganis illis ferculis nausea, rosiove stomachum affecerit teneriorem.

II. *Schahidus*, filius Regha quædam etiam Exegetica dedisse videtur, ut infra patebit, ubi de Historicis sermo est.

III. *Chrysostomi* & *Basilij* opera Arabicè in Oriente asservari monuimus *Anal.* P. 1. p. 254. Homilia Chrysostomi in Nativitatem Christi fuit in Biblioth. D. Elichmanni.

C. Didacticæ, cujusmodi sunt 1. كتاب التالوجيا وهي الربوبية *Liber de Theologia*, i. e. de Dominatu *Dei*. 2. *Confessio Abdolazizi* Muhammedani ad Chri-

Christianismum conversi. Extat Arabicè & Latinè. 3. تصانيف بولس اسقف صيدا Tractatus Pauli, Episcopi Sidonij. Habeo scriptum, cui titulus. رسالة مختصرة تشتمل على معان مختلفة انشاها ابينا القديس بولص الانطاكي اسقف مدينة صيدا في ان الباري واحد وفي ان النصاري غير مشركين

Tractatus compendiosus, continens argumenta diversa, authore Patre nostro Paulo Antiocheno, Episcopo urbis Sidoniorum, quod creator sit unus, & quod Nazareni (Christiani) *non sunt associantes.* Capita habet XXII. hoc ordine: الباب الاول في وجود الباري تعالي : الثاني في قدم الباري وحدوثه للعالم الباب الثالث في ان ليس الباري تعالي جسم الباب الرابع في ان الباري تعالي واحد الباب الخامس في ان الباري تعالي بسيط غير مركب الباب السادس في ان للعالم ناظما اتقنه وهو يضبطه الباب السابع في ان ليس العالم قديما بقدم الباري تعالي الباب الثامن رد علي من يقول من المتفلسفين ان الله تعالي والعالم معا كالنقرة والطنين الباب التاسع في ان ليس الحدوث بعد الامساك عند الباري عرض الباب العاشر فيما يوول اليه

اليه قول من يزعم ان البارى تعالي لا يحدث شيا بعد
ان كان ممسكا عنه الباب الحادي عشر في راي
الفلاسفة في زهدهم في امور الدنيا الباب الثاني عاشر
رد علي المتفلسفين الذين يقولون ان الصفات للباري
تعالي كيفيات الباب الثالث عاشر في الزمان
والمكان الباب الرابع عاشر جواب لمن يسال اين
كان مكون المكان قبل المكان الباب الخامس
عاشر في قولنا الاب والابن والروح القدس الاه واحد
الباب السادس عاشر في راينا في الابوة والبنوة الباب
السابع عاشر في قولنا ان الاب الاه تام والابن الاه تام
وليس ثلثه الهة بل الاه واحد الباب الثامن عاشر في انه
لا يجب ان تكون ساير الصفات الذي يصف بها الباري
تعالي اقانيما الباب التاسع عاشر في كيف وعلي اي
معني يسمي السيد المسيح ابن الله الباب العشرون في
كيف نقول ان المسيح الاه انه هو قديم ومحدث الباب
الحادي والعشرون في اقوال الفلاسفة ان الباري
تعالي علة العلل الباب الثاني والعشرون في
البعث والنشور والاضمحلال والدثور

Caput I. *de Existentia Creatoris Altissimi.* II. *De æternitate Creatoris, & productione Mundi.* III. *Creatorem Celsissimum non esse corpus.* IV. *Deum Creatorem esse unicum.* V. *Creatorem substantiæ esse simplicis, non compositæ.* VI. *Esse Mundo ordinatorem, qui constituerit, & regat eum.* VII. *Mundum non esse æternum, æternitate Creatoris.* VIII. *Confutatio eorum, qui ex Philosophis dicunt, Mundum Deo coëxistere, ut pulsus & tinnitus.* IX. *Productionem post apochen in Deo non esse accidens.* X. *Quo redeat sermo eorum, qui existimant, Deum nihil novi amplius producere, postquam ab eo iam abstinuit.* XI. *De ratione Philosophorum: qui à rebus mundanis abstinent.* XII. *Refutantur Philosophi, qui dicunt, Proprietates Creatoris esse Qualitates.* XIII. *De tempore & loco.* XIV. *Responsum datum illi, qui quærit, ubi fuerit author loci, loco nondum existente?* XV. *Quid sit, cùm dicimus, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum esse unum.* XVI. *Quæ sit sententia nostra de Paternitate & Filiatione.* XVII. *Quid sit, cùm dicimus, Patrem esse Deum perfectum, Filium Deum perfectum, Spiritum Sanctum Deum perfectum, non tamen tres Deos, sed unum Deum.* XVIII. *Non necessarium esse, ut reliqua Attributa, quæ de Creatore prædicantur, sint Personæ.* XIX. *Quomodo, & qua ratione vocetur Dominus Messias, filius Dei.* XX. *Quomodo dicamus Messiam esse Deum, cùm sit & æternus & in tempore genitus.* XXI. *De dictis* Philosophorum, *quod Deus sit causa causarum.* XXII. *De Resurrectione, vivificatione, dissipatione & dissolutione Mundi.*

III. Ahmed Ibn Edris, Abulabbasus, Maurus (de quo postea) excitatum se scribit à quodam Dialogista Chri-

Christiano. Ita enim p.m.282. امــــا بعد وان بعض النصاري قد انشا رسالة على لسان النصاري مشعرا ان غيره هو القايل وانه السايل مشتملة على الاحتجاج بالقران الكريم على صحة مــذهــب النصرانية i.e. *postquam quidam Christianorum edidisset Tractatum, stylo Christianorum, ea Methodo, quasi alius quæreret, ipse verò responderet; qui occupatus est in refutatione Alkorani pretiosi, & confirmatione Religionis Christianæ.* Huic libro scriptum suum opponit.

Practica, quo omnia refero scripta, quibus pietas & virtutum studium commendatur, ut sunt 1. سمعان بن خليل *Simeon, fil. Chalili,* author libri, cujus inscriptio روضة الفريد وسلوة الوحيد, de quo viri cujusdã literatura in Arabica versatissimi judicium Halebo scriptum tale est: *De præcipuis religionis Christianæ mysterijs & virtutibus elegantissimo stylo Arabicò scriptus liber à Simeone, fil. Chalili, F. Maccaræ, qui religiosam vitam amplexus est in Monasterio Iohannis Cazyrij, in deserto Askito.* Hujus autem Simeonis memoria & compendiosa Historia invenitur circa finem libri Historiæ Saracenicæ. Refertur ibi Historia ditissimi cujusdam Mercatoris, qui quinque filiorum parens quatuor reliquit Episcopos, quintum verò, natu minimum Abulmecarimum, frugi patrem familiâs, qui pecoribus & alveariis, agricultura, rem suam auxit. Apiariis ita delectatus est, ut alveorum numerus millenarium excederet. *Duxit autem,* scribit *Elmacinus, uxorem sororem*

Simeonis Macini , fil. Chalili, fil. Macaræ, è familia Michaëlis Basjuvi: quia pagus ille antiquitus Basjuva dicebatur , erátque in eo templum cognomine Angeli (ita enim vox Arabica legenda videtur) *Michaëlis: quod Chriſtianorum cætus, qui vicini erant, frequenter adibant; dicentes: Adeamus Michaelem Basjuvi; eóque nomine inclaruit pagus ille. Erat autem Simeon Notarius induſtrius, cui multa negotia committebantur: operámque miniſterio Senatus bellici navabat , & quidem tempore Ioſephi Saladini fil. Iobi, anno 569. à quo ſuſtentatus fuit & donatus tributis quibusdam in Hagira wana. Subſtititque per triennium in ſenatu bellico, & miniſterio familiæ Adalÿarum valedixit , religionémque ſuſcepit in Monaſterio Iohannis Kazyri in deſerto Askyto, nempe in valle Habyba, ſeque ipſum loco cuidam incluſit, quem in medio Monaſterÿ conſtruxerat , per ſpatium 30. annorum & amplius ; vitam autem inſignem egerat, & præclara in re fuerat.* In Kalendario Arabico Chriſtiano; de quo poſt; menſe Decembri d. 14. habetur:

الراهب سمعان استشهد في ايام المسلمين

Monachus Simeon Martyrium ſuſtinuit tempore Islamiſmi. An idem hic ſit, neſcio; veriſimile tamen eſt. Legi magnam partem illius ſcripti , cujus nitori & elegantiæ, ſi ſtylum ſpectes , nihil poſſit accedere ; argumenta tamen non eadem felicitate & numero penetrant. Integer libri titulus ita habet: كتاب روضة الفريد وسلوة

الوحيد تاليف الاب البار المجيد الراهب سمعان الجديد

ابن

ابن خليل ابن مقاره المترهب بدير ابنا يوحنا

ببرية اسقيط؛ *Liber, seu scriptum;* روضة الفريد وسلوة

الوحيد *compositum à Patre sancto & Venerabili, Monacho Simeone Felice, Filio Chalili, fil. Moccaræ, qui religiosus factus est, in Cænobio Patris nostri Iohannis, in deserto Askyti.* Quam larga homini fuerit vena, quanta in dicendo & scribendo facundia, vel ex una atque altera loquendi formula, quas inter legendum observavimus, patebit. De Deo & ejus attributis:

لا يشاركه له واحد في صفاته المتوحد بالدوام المنفرد

بالتمام *Cui non est socius in attributis, æternus, sine socio, perfectus sine pari.* Et alibi; الله تبارك وتعالى الذي

له الامر من قبل ومن بعد *Deus benedictus & excelsus, cui est Imperium ante & post.* Ingenij infirmitatem expositurus scribit لاني بمعاني الكلام الذي يعلو ضعف

قدرتي ويفوت نقص معرفتي *quia occupatus sermone, qui superat infirmitatem potentiæ meæ, & excedit defectum scientiæ meæ.* De indole humana ad peccandum præcipite, استحضر اي على الكباير الهايلة *Curro quasi magno impetu ad peccata atrocia.* Forma confessionis & deprecationis peccatorum الى الله تعالى دكره اسل

واتضرع واقصد بابه بوجه مظلم وقلب

قاسي مجرم في الصفح عن الزلات والعصمة

 Deum,

Deum, cujus nomen sit excelsum, rogabo, ei supplicabo, & accedam ejus fores vultu iniquo, corde indurato, peccante, rogabóque veniam lapsuum, & ut me muniat. De effectis voluptatum; الشهوات البهيمية واللذات الوقتية استعبدته هذه الرذايل واخرجته عن حد الاعتدال واوقعته في حبايل الضلال *Concupiscentiæ bestiales, & voluptates temporales servituti ipsum rerum abjectarum subjecerunt, eundémque eduxerunt limitibus æquitatis, & conjecerunt in retia erroris.*

II. تصانيف مار اسحاق الواحد السرياني *Tractatus Mar Isaaci, Monachi Syri.* Quædam hujus authoris scripta de oratione, Iejunio, pœnitentia, & aliis pietatis officiis habuit doctiss. Elichmannus in sua Bibliotheca. Nota autem, Syros Arabibus notos, & scriptis celebres, semper fere præfixum habere nomen Syriacum ܡܪܝ quod *Dominum* notat, & eundem apud Babylonios & Syros fere habuit usum, quem Hebræa vox רב & אב apud Hebræos. Postea tamen defunctis tribui cæptum; voculæ Latinorum Divus proximè accessit. Monachus etiam ܝܚܝܕܐ *unus, solitarius*, dicitur ex Dialecto Syriaca, quæ ab unitate dictum Græcorum Μόναχον ܡܘܢܟܘܣ nuncupat. *Masius* in Pecul. ܡܘܢܟܘܣ *ac si dicas; unicus. Syri sic vocant* Μοναχὸν, *Monachum, quia Solitarius est.* Arabes αὐτόχθονες hanc vim vocis ignorāt.

III. مصنفات عبد الله بن الفضل الانطاكي مثل كتاب حجة المومن

المومن وغبرة *Tractatus Abdallæ, filÿ Alfadli Antiocheni, cujusmodi est lætitia fidelis: qui liber translatus est opera Nicolai Damasceni & Climachi.*

IV. سلم الفضايل لاقليماخس *Scala virtutum Climachi.*

F. Historicæ; In hoc scribendi genere eminent I. *Saidus* i. e. Eutychius Patricides, Alexandrinus Patriarcha. Titulus I. libri est: التاريخ المجموع على التحقيق والتصديق تاليف البطرك افتيشيوس المكني سعيد ابن بطريق كتبه الي اخيه عيسي في معرفة التواريخ الكلية من عهد ادم الي سني الهجرة الاسلامية *Historia collecta ad veritatis & confirmationis stabilimentum; composita à Patriarcha Eutychio, cognomento Saido, fil. Batrik, quem inscripsit fratri suo Isa, de cognitione Historiarum universalium à fœdere Adami, ad annos fugæ Islamicæ i. e. Muhammedicæ,* Scribit in præfatione, se hoc scriptum collegisse من التوراة والانجيل وباقي الكتب القديمة والمحدثة *Ex Lege & Evangelio, cæterisque libris veteribus & novis.* Magnus ex Oriente vir a. Ch. 1640. celeb. D. Golio de hoc authore ita scripsit: *Historiam Ecclesiasticam Said Ibn-Patrik Ægyptius & artis Medicæ peritissimus satis eleganti & facili stylo contexuit.* Seldeni judicia quædam dedimus de scripti raritate, scriptorisque eruditione *Hist. Eccl.* Sec. x. p. 34. Ejusdem ex Arabibus meminit *Elmacinus* aliquoties, præsertim Hist. Sarac. p. 208.

p.208. ubi non modo dissidium inter ipsum, populúmque ejus, sed & reconciliatio, imitabili nobis etiam exemplo proponitur, & ab Abul-Casemo Muhammedano confirmatur, qua de re citatorum authorum verbis prolixius egimus *Hist. Eccles.* Sec.x. p.24.

3. Liber de rebus Siciliæ, postquam à Saracenis capta est. Hoc scriptum Historiæ universali annexum habuit Codex Erpenianus, quem vidi in Anglia Cantabrigiæ.

Abi Obseibea, aliâs Abu Elaighbas, Ahmed, ben Casem in vitis Medicorum meminit. نظم الجوهر *quasi Syntagma compendiosum, margaritam*, aut *medullam Historicam* dicas, de cujus argumento ita scribit:

كتاب نظم الجوهر ثلاث مقالات كتبه الى اخيه
عيسى بن البطريق المتطبب في معرفة صوم النصارى
وفطرهم وتواريخهم واعيادهم تواريخ الخلفا والملوك
المتقدمين وذكر البطاركة واحوالهم ومدة حياتهم
ومواضعهم وما جرى لهم في ولايتهم

Netmol-gheuhar *tribus absolvitur sermonibus. Eum fratri suo, Isa, filio Batrik Medicus inscripsit de notitia Iejunij Christianorum, & Paschatis eorum, Historiarum & Festorum eorum, Historia Chalifarum & Regum priscorum: Meminit etiam Patriarcharum, status eorum, vitæ, locorum, omniumque, quæ durante administratione eorum acciderunt.* Seldenus (qui ubique fere, non sine honoris mentione, authoritate Patricidis utitur; quædam etiam edidit) hunc librum cum Historia vult esse eundem. Non magnopere repugnarem, nisi & titulus

titulus libri ab ipso Patriarcha præfixus, & nomine Historiæ universalis insignitus, & distributio etiam (neque enim universalis Historia ratione materiæ, sed temporum periodis distinguitur) differentiam aliquam ostenderent.

II. *Anastasius*. Illust. Usser. Antiq. Brit. p. 5. mentionem facit Anastasij, de Martyribus Arabicè scripti.

III. *Schahidus*, fil. Regha de quo *Elmac.* p. 246.

وفي ايامه كان الوضح المنتصر المعروف بابن رجا
الشاهد الذي حمله القديس مرقوريوس من بطحا مكة
الي كنيسته بمصر في ليلة واحدة وكان ذلك في حياة
سويرس بن المقفع اسقف الاشمونين وصنف اربعة
كتب الاول الواضح وهو مشهور والثاني نوادر المفسرين
وتعريف المخالفين والثالث هتك المحجوب والرابع سيرته

Fuit sedente eo (Philopono, Patriarcha Alexandrino) *Clarissimus ille interpres, Schahidus, filij Regha, quem Sanctus Mercurius una nocte ex valle lapidosa, quæ Meccæ est, transtulit in Ecclesiam ejus in Ægyptum, id quod contigit vivente Severo filio Macfaæ, Episcopo Asmuninæ. Composuit autem quatuor libros, quorum primus est* interpres, *qui celeberrimus est: Secundus* Eloquentia Interpretum, & mutatio contradicentium; *Tertius* Revelatio occulti; *Quartus* Descriptio suæ vitæ.

IV. كتاب اخبار المجامع وقوانينها

K Liber

Liber rerum in Concilijs gestarum, cum eorundem Canonibus. Extare in Oriente Concilia, Arabica Lingua scripta, testatur *Christian. Rav.* Paneg. 11. p. 12. ubi monet, *Ecclesias Orientales, alias septem, alias octo transscribere solere Concilia.* Apostolorum Canones videre aliquando contigit Oxoniæ apud celeberr. D. *Ioh: Gravium.* Cautè tamen & cum grano salis hæc esse tractanda Arabum acta, probat Editio Arabica Concilij Niceni, de quo breviter *Diss. de Abus. Pat.* & scriptis suppositititiis, p. 92.

V. تاريخ المنبجي *Historia Manbeghæi.* Celebris تاليف seu *Syntaxis* est apud Orientales, Arabes maximè. Cujus crebram facit mentionem *Elmacinus*, & nos ex eodem hinc inde. Vide *Thes. Philol.* p. 113. Vocatur autem Author *Manbeghæus*, ab urbe *Manbegh*, cujus meminit *Elmac.* Hist. Sarac. p. 277. *Eodem anno* (Christi 1069.) *profectus est Imperator Romanorum Constantinopoli in Syriam, & obsedit* منبج *Manbegh, sedecim dies.* Citatur etiam p. 282. & in *Historia V. T.* p. 123. *Gol.* in Lexic. Arab. منبج *Nomen loci oppidive in Syria. Geograph. Nubiens.* sub finem P. VI. Clim 4. *Verùm à Manbeg ad Malattiam est iter quinque dierum, & à Manbeg ad Samosat iter bidui, nec longè ab illa jacet urbs Sobcha. Item à Manbegh ad Maraasc triduo ambulabis; à Manbegh ad Hadeth biduo, ab Hadeth ad Maraasc dieta una. Similiter à Manbeg ad Haleb, tres tibi conficiendæ stationes.* Syri ܡܒܘܓ vocant. *Masius* in pecul. p. 25. ܡܒܘܓ *Nomen urbis, in qua fuit olim Episcopus, quidam Philoxenus, author apud Syros celeberrimus; de quo diximus in præfatione nostra in Bar Cepha.*

pha. Isa, Bar Abi; ܡܟܐܦܣܘܠܐ ܡܟܝܠܐ ܕܒܝܬ ܗܘܐ ܐܪܝܐܦܘܠܝܣ Mabugh, *urbs Ariopolis*. Arab. reddit; مدينة منبج. Ariopolin aliâs, quam & Moab vocare solent, collocant in Arabia; frequenti satis scriptoribus, ob viciniam loci, stylo. De Areopoli, magnóque illo, quo tempore *Hieronymi* concussa fuit motu, legatur Hieron. Tom. v. p. 27.

VI. تاريخ ابيفانيوس *Historia Epiphanij*. Ubique ejus obvia mentio in Elmacino Msc.

VII. تاريخ الشيخ المكين جرجس ابن العميد الكاتب من بدو الدنيا حتى الهجرة المحمدية *Historia venerabilis Georgij Elmacini, filij Amidi, Scribæ, ab initio mundi ad Fugam Muhammedicam.* Hactenus fuit ἀνέκδοτος. Vidi Cantabrigiæ, ni fallor, exemplar, Characteribus Syriacis scriptum. Meum, quod liberalitati Nobiliss. & Amplissimi Viri, D. *Antonij Studleri, Van Zurich*, magni fautoris & amici, fero acceptum, exaratum est manu Halebensis cujusdam viri docti; cujus vitula hinc inde aravi, præsertim in Historia V. T. P. 1. *Smegmatis Orientalis* exhibita. Ejusdem auhoris est Historia, quæ Saracenica vulgò dicitur, cui titulus; تاريخ المسلمين من صاحب شريعة الاسلام ابي القاسم محمد الى الدولة الاتابكية تاليف الشيخ المكين جرجس بن العميد ابو الياسر بن ابي المكارم

بن ابي الطيب Historia *Muselmannorum*, *inde à Muhammede, Abulkasemo ad Imperium Atabaceum, composita à Scheicho Georgio Elmacino, fil. Abuljaseri, Elamidi, filij Abulmocaremi, fil. Abultaybi*. Prodiit ex Codice Bibliothecæ Heidelbergensis, cum versione Latina Erpenij. Supersunt tamen nonnulla, quæ præmatura interceptus morte, ad prælum parare non poterat; quorum dedimus Epitomen *Hist. Eccles.* Secul. XII. Accesserunt etiam Halebo castigationes, quibus Editio suo tempore secunda emendatior dari posset. Hic author, qui *Abnol-Amdi* aliâs dicitur, & *Ibnol-Amda*, ut notat *Pocok.* specim. Arab. p. 364. quando floruerit, colligere licet, ex ipsa Hist. Saracen. p. 300. واولد ابو المكارم

المذكور بن ابو طيب ثلاثة اولاد الشيخ ابو الفضل

والعميد ابو الياسر والد المورخ والمخلص ابو الرهم

وتوفيت زوجته فترهب وتوفي في سنة ست

وستماية واستخدم العميد ابو الياسر في ديوان

الجيش موضع خاله المكين سمعان وكانت سيرته

بين العالم مثل سيرة الرهبان القديسين الذي في

البراري وكان اكثر ايامه صايما وصلواته لا

يقطعها في اوقاتها وهو مباشر شغله في الديوان

وكان يتصدق بها ويفضل من ضروراته ولا يدخر

شيا وتمبر عند الملك العادل سيف الدين ابو بكر

بن

ون ايوب بالديانة والامانة حتي ان شاهد الخزانة

صفي الدولة مرض وانقطع وقال الملك العادل ان

يكون العميد عوضه حتي يتعافا واقام بديوان الجيش

خمسة واربعين سنة ومات في صفر سنة ست

وثلاثين وستماية نفع الله انفسهم الجميع وهذا

اورد في حكم التاريخ لا في حكم الا فتخار

فان الكتاب يقول من افتخر فليفتخر بالرب

Genuit autem Macarimus *ille , fil. Tybi* 3. *filios Abulfadlum Elbuchibum , Abuljasirum Elaamidum, patrem Chronologi, & Abulzahrum Elmuchalisum , mortua autem uxore vitam religiosam sectatus , moritur anno* 606. *Abuljasirus autem Elamidus in ministerium Senatus bellici, loco avunculi sui Simeonis Elmacini , cùm vitam Eremiticam ingressus esset , suffectus fuit ; potioremque temporis partem jejunando & statis precibus, intentus exegit. Curiæ autem operam impendebat suam, ut acquireret inde, quod in eleemosynas erogaret, & de necessitatibus etiam suis impertiens , nihil in thesauros reposuit ; vitamque toleravit apud Regem Abubecrum Eladilum* Seifoddinum *, fil. Iobi , magna religionis observantia & fide* (ita ἀνερμήνευτα verba in Codice Erpeniano tum restituenda , tum reddenda) *donec*

præſente Chazano (ex correct. Halebenſi , de qua alibi) *fil. Senyddaulæ morbo correptus & extinctus fuit, dixitque Elaadlus Amidum loco ejus fuiſſe, donec convaleſceret. In ſenatu autē bellico* (vel, circa Codices militares, in quo data & accepta ſtipendia notantur) *verſatus fuit annos 45. mortuus menſe Safaro anni 636. quorum animabus Deus quietem largiatur. Et hoc quidem relatum eſt more Hiſtorico, non jactantiæ ſtudio. Dicit enim Scriptura* (ita Chriſtianus author Biblia vocant) *Quicunque gloriabitur, glorietur in Domino.* Extant hæc verba *Ier. 9. v. 22.* Unde haud obſcurè patet, omnino hūc authorem Chriſtianorum ſacris fuiſſe imbutum. Clariſs. *Gol.* monet Præfat. Edit. Erpeniana. *Talem* , inquit, *fuiſſe noſtrum Georgium liquidò conſtat , tam ex ipſo nomine, quàm etiam, quòd ſolenni præfatione abſtineat, qua religionem* Muhammedani *ſuam profiteri ſuperſtitiosè ſolent. Huc accedit, quòd res Chriſtianorum , Eccleſiaſticas præſertim & multas quidem ad ipſorum laudem, in Annales ſuos tam diligenter referat. At hoc piaculum habetur apud Pſeudoprophetæ aſſeclas. Nec obſtat , quod horum nomina & memoriam reverentia quadam dignari videntur. Quippe hoc illi dictabat prudentia & circumſpectio, cum qua in iſta illi tyrannide vivendum erat.* Sacris Chriſtianorum hominem imbutum fuiſſe, tutiſſimè colligimus ex Hiſtoria ejus Veteris Teſtamenti, ubi oracula Prophetarum, Davidis cumprimis , de Deitate filij, æternitate, paſſione, & morte ejus, ad Meſſiam luculentiſſimè refert & applicat; quæ omnia à Muhammedanis nunquam ſperari poſſunt. Compendium fidei ejus de Chriſto Servatore habes p. 89. فتنبي فيها على السيد

السيد المسيح وظهوره وصلبه وموته وقيامته وصعوده الي

السماوات Vaticinatus est in iis (Psalmis) de Domino Messia, *ejus adventu, crucifixione, morte*, (hæc enim affirmare, est Muhammedismi principia negare) *resurrectione, ascensione in cœlum*; de quibus etiam ex Historia Evangelica ordine agit. Videtur tamen nimis blandè tractâsse Muhammedem & Muhammedanos, & fortè calidioribus votis salutem eorum Deo commendâsse, quàm aperti illi hostes Christi, quorum perniciosa est religio ex orci faucibus eructata, mereantur. Exempli loco sit paragraphus, qui Hist. V.T. p. 2. occurrit;

ثم ذكرت ظهور السيد المسيح له المجد ابن مريم
ومختصر تصرفه في العالم وما فعله من الايات الباهرات
الي حين صعوده الي السماوات ثم من بعده من الحواريين
والبطاركة وملوك النصاري ومختصر اخبارهم وحروبهم الي
ان ظهرت شريعة الاسلام على صاحبها افضل الصلاة والسلام

Postea memini adventus Domini Messiæ, cui sit gloria, filij Mariæ, *cujus conversationem in hoc* Mundo *breviter percurro, & quicquid fecit signorum manifestorum ad tempus usque ascensionis ejus in cælum. Postea de Apostolis, Patriarchis & Regibus Christianorum breviter ago, de rebus item & bellis eorum ad illud usque tempus, quo Lex Islamismi lata est per authorem ejus: super quo optima precatio est, & pax.* Ita ne loqui cõveniat de illo, cujus in pice potiùs quàm pace requiescit anima, quoque nocentius

centius ſol nihil aſpexit? Placuit tamen authori hæc trita, de Propheta ſuo Muhammedanorum, εὐφημία, ſive quòd publico inter eos munere functus, cum lupis didicerit ululare; ſive quòd Principis majori, quàm Prophetæ, habita ratione, memor eſſe voluerit δεήσεων, καὶ ἐντεύξεων, de quibus Paulus *Tit*. c. 2. Aut an etiam fraude irrepſit, à Muhammedano intruſū, prout Reformatorū ſæpe ſcripta Pontificiorū lacinias, mutationes, caſtrationes reperiuntur? Quicquid ſit, *Elmacinum* Chriſtianum fuiſſe non dubito.

VIII. كريغوريوس ابو الفرج بن الحكيم الفاضل اهرون المتطبب الملطي *Gregorius Abulpharajus, Filius excellenter ſapientis, Aharonis Medici, Malatienſis, qui vulgo dicebatur* بابن قف النصراني *Ibn-Koph Chriſtianus*. Hiſtoriam ſcripſit, cui nomen مختصر الدول *Compendium Dynaſtiarum*, quod X. Dynaſtiis abſolvit. Scribit, ſe librum contexuiſſe ex eorum, qui hoc in genere diverſis linguis, Syriaca videlicet & Arabica, aliiſque ſcripſerunt, monimentis. In priore parte ſecutum ſe monet Euſebium & Andronicum Chronologos, quod cum iis conveniſſe videret, eruditiſſimo viro Jacobo Rohawienſi, trium Linguarum Hebraicæ ſcil. Græcæ & Syriacæ peritia inſigni. In ea quæ Arabes & Muhammedanos ſpectat, ſecutus præcipuè videtur Saedum quendam, Ebn Ahmed Andaloſenum, ſeu Hiſpanum urbis Tolaitelæ i. e. Toleti judicem. Dynaſtiæ Nonæ, quæ apud ipſum eſt Arabum Muhammedanorum, prolegomena quædam cum verſione Latina, & doctiſſimis annotationibus dedit Celeb. ille Anglus, Edwardus Pocokius.

Pocokius. Quædam ex eodem citavimus alibi. Ipſe quis fuerit, exemplaris A. H. 900. exarati titulus docet:

قال مولانا وسيدنا الاب القديس الطاهر النفيس
العالم العلامة ملك العلما افضل الفضلا قدوة الزمان
فريد الوقت والاوان افتخار اهل الفضل والحكمة
المفريان كريغوريوس *Dixit Dominus noſter Pater Sanctus, eximius, doctrina & eruditione inſignis, doctorum Rex, Excellentium excellentiſſimus, temporum ſuorum exemplar, ſeculi Phœnix, ſapientum gloria, Doctor divina ope ſuffultus, Gregorius &c.* Ad aliud exemplar legitur: ابينا سيدنا ملك العلما وتاج الفضلا محل
المشكلات الخفية من الكلامات الالهية رييس روسا
الامة النصرانية وخلاصة نعام الملة اليعقوبية مار
غريغوريوس السيد الاب المفريان وحيد العصر وفريد الزمان
Pater & Dominus noſter, Rex Doctorum, & corona virorum virtute præſtantium, dubiorum in Theologicis occultorum ἐπιλύτης, *Chriſtianorum Princeps primarius, ſectæ Iacobiticæ* (judæus tamen quidam eum Melcitam appellat) *medulla, Mar Gregorius, Dominus, Pater, unicum ævi decus, & ſeculi Phœnix.* Muhammedani vero ſuum de hoc authore judicium his exprimunt verbis:
مصنفه ابو الفرج بن كبيما كان كثير الاطلاع وحصل
علوما شتي واتقنها وانفرد بها الطالب في زمانه حتي شدت اليه
الرحال بارض المغرب كان عيسويا واخذ عنه كثير من فضلا
المسلمين وقيل انه عند موته رجع عن اعتقاد العيسوية

Author libri est Abulphargus Ibn-Hakima, vir multæ lectionis, variisque scientiis instructus, & penitus imbutus, præcipuè autem medicinæ gloria, seculo suo, clarus, adeò ut ad eum è plagis occidentalibus frequentes contenderent. Christianus (propriè *Iesuæus*, Iesu discipulus) *erat, à quo tamen didicerunt multi è Moselmannorum eximiè doctis. Ferunt ipsum vicinum morti à fide Iesu descivisse.* Hanc tamen suspicionem & invidiam authori conflatam vult *Clariss. Pocok.* ex nimio eruditionis splendore, quem in Christianis ægrius admiserunt Muhammedani; nullum enim anathematis in ipsum extare vestigium. Floruit eo tempore, quo Tatari Moguli Mesopotamiam & Syriam pervaserunt, quorum res gestas tradit à Gingis-Chan (qui, occiso Ung-Chan, eo qui ملك يوحنا *Rex Iuhanna*, seu Iohannes; certè M. *Polus Venetus* & *Scaliger* Iohannem vocant; dictus, è tribu كريت *Carrit*, quæ Christianam professa est Religionem, ad Imperium evectus est circa annum Alex. 1514. Hegiræ 599.) usque ad Abaga Il-Chan anno Hegiræ 675. quo tempore obiit Nasoreddinus Tusiensis, Philosophus & Mathematicus insignis, vel, ut in altero exemplari, usque ad Argun-Il-Chan, anno Hegiræ 683. Alex. 1596.

IX. تاريخ يوحنا فم الذهب *Annales Iohannis Chrysostomi.* Eorum crebra mentio in Elmacino.

X. سيرة البطاركة *Historia Patriarcharum*; Ejus meminit *Elmac.* Hist. Sarac. p. 111.

XI. تاريخ ميكايل *Historia Michaëlis.*

XII. تاريخ يوسف بن كربون *Historia Iosephi, filii Karbon.*

XIII.

XIII. تاريخ ابن الراهب *Historia Ibn-Rahebi.* Ex hoc authore multa mutuavit. *Elmacinus* in Annalibus V.T.

XIV. Author illius *Calendarij Arabici*, cujus *Selden.* de Syned. Lib. III. p. 375. non meminit modò; sed & totum exscripsit. Quædam tamen, annis procul dubio exesa, reliquit ἀνερμήνευτα. Possunt nonnulla commodè restitui. P. 389. legitur وجود غطار استفانوس ...... *Stephani* : Lege: وجود عظام استفانوس *Inventio ossium Stephani.* P. 391. اوسعيوس Leg. *Eusebius.* Ibid. طودسيوس Leg. تاودسيوس *Theodosius* P. 402. 403. مكريس كنيسة Leg. تكريس كنيسة *Repetitio templi*, i.e. Encænia. Inter reliqua festa celebre etiam est بطرس بطريرك الاسكندرية *Petri*, *Patriarchæ Alexandrini.* Quorundam item, qui in cælum sublati sunt; ut عروج اخنوخ *Ascensio Enochi*, mense Iunio. صعود لطبا الى السماء *Ascensio Latba in cælum.* An forte ايليا legendum? *Abulaibsani* etiam *Ahmedis*, *Calcasendij* Calendarium Christianum in nonnullis idem habet ἥττημα. P. 348. بشارة عزريا وهو جبرئيل *Annunciatio Oziæ*, (consolatoris) i.e. *Gabrielis juxta eos*, scil. *Christianos.* Non puto عزريا hoc loco Arabicum esse, aut notare *Consolatorem*; Hebræum potius, à יָהּ & עז *Robur Domini:* planè sic respondet voci גבריאל *Gabriel.* P. 366. معمي يحيي .... Lege, مقتل يحيي *Cædes Iohannis.* P. 369. عيد اصحب الكهوف *Festum Sociorum* .... adde; *Speluncarum.* Ita dormientes vo-

cat Muhammed in Alcorano hinc inde. Vide *Hist. Orient.* p. 40. Confer etiam p. 374. Meminit author idem festi نزول صحف ابراهيم *quo Abrahamus divinitus accepit libros.*

XV. رسالة سيدنا المسيح الى ابجر ملك الرها

Epistola Domini nostri Iesu Christi ad Abgarum, Regem Edessæ. Vidi exemplar in Anglia apud Illust. Armachanum, cujus apographum, à D. Elichmanno mutuatum, Historiæ Evangelicæ Persicæ Xavieri inseruit Lud. de Dieu. Vide Elench Script. Supposit. p. 68.

G. POLEMICÆ. Sunt autem scripta Elenctica vel Orthodoxorum contra *Heterodoxos*, Nestorianos, Jacobitas; vel simpliciter Christianorum contra *judæos*, *Muhammedanos*: *Prioris* generis sunt

1. كتاب في الجدال بين المخالف والنصارى

Scriptum Polemicum inter Heterodoxos & Christianos, Patricidis, Patriarchæ Alexandrini. Meminit hujus scripti ipse Patricides in Hist. sua Eccles. p. m. 178.

ومن احب ان يعلم ذلك ملخصا مشروحا فليقرأ
كتابي الذي يدعى كتاب الجدال بين المخالف
والنصراني واني في ذلك الكتاب صححت مقالة
النصرانية اعني الملكية والرد على من خالفها

Qui verò plenius & clarius hæc cognoscere cupit, legat librum

librum meum, qui vocatur; Disputatio inter Heterodoxos & Christianos. Scripto hoc probavi veritatem sententiæ Christianorum, Melcitarum videlicet, & refutavi contradicentes. Idem etiam author tum Nestorianorum tum Jacobitarum dogmata confutavit in Historia Ecclesiastica. *Illa* quidem à p. 158. ad 178. *hæc* à p. 205. ad 207. Respondit ei عيسي بن زرعة اليعقوبي *Isa, fil. Zorah, Iacobita.* Habuit quædam ejus scripta, libris Saidi Patricidis opposita cum responsis ad varias quæstiones in Bibliotheca sua *D. Elichmannus.* Citavi quædam ex hoc authore tum in *Hist. Orient.* p 229. tum etiam in Par. 1. Smegmat. p. 209. Magno redimerem iteratam hujus scripti lectionem, quæ ea mihi obtigit ætate, quâ phraseos majorem, quàm rerum habui rationem. Habent Sociniani præter cætera novæ Theologiæ ἐκτρώματα, hoc etiam portentum, Christum, antequam prædicaret, in cælum fuisse raptum, rursúmque demissum: Novum planè & veteribus, conciliandæ Scripturæ inauditum, εὕρημα. Reperi tamen in authore hoc Iacobita, quod post ascensionem in cælum ad discipulos suos Christus redierit, ut adventu Paracleti eos erigeret.

ولما تجلي ربنا وسيدنا ومخلصنا يسوع المسيح
وصعد الي السما بعد لاهوته وعز سلطانه
يقدم الي تلاميده واعلمهم انه يرسل
اليهم الروح القدس الفارقليط

 Cùm

Cùm glorificaretur Dominus & Servator noster Iesus Christus, & in cælum ascendisset, gloriâ Deitatis suæ, & robore Majestatis suæ, accessit ad discipulos suos, iisque notum fecit, se missurum ad eos Spiritum Sanctum Paracletum. Ita quidem naturali & ordinaria constructione verba reddi debent: Et quanquam per Enallagen alium admitterent sensum; scio tamen maximum in Arabica literatura virum priore intellexisse. Habet aliâs quædam idem author de *Trinitate*, & *Deitate* filij, quæ ab Orthodoxorum mente non recedunt; cujusmodi est 1.

واعمدوهم كما امر باسم الاب والابن والروح القدس

واعلموهم هذه الثلثوت المقدسة *Et baptizate eos, sicut jussit, in nomine Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; & docete eos hanc Trinitatem Sanctam.*

2. وهو الله واحد وليس ثلثة الهة

Et ille Deus unus est, non autem sunt tres Dij. 3.

انه ابن الله بالحقيقة من قبل تجسده وبعد تجسده

Est utique filius Dei verè, ante & post incarnationem.

II. يحيى النحوي رد على نسطورس

Iohannis Grammatici refutatio Nestorij.

Posterioris generis occurrunt 1. الراهب جرجي *Monachi Georgij disputatio*, inter ipsum وبين ثلاثة انفار من المسلمين *& tres Muselmannos*, instituta a. M. 6615. Possideo quædam fragmenta. Muhammedanorum

norum os fuit, quidam Abuſalama, fil. Saari, Mauzolæus, qui initio ſtatim fatetur, ſe facere majoris Muhammedem, quàm Chriſtum: نحن نكرم مسيحك ونجل قدره ونرفع شانه على جماعة الانبيا ماخلا نبي الله ورسوله محمد *Nos honoramus Meſſiam tuum, & magnificamus potentiam ejus, & præferimus ſtatum ejus, omnibus Prophetis, excepto Propheta Dei, & Apoſtolo ejus Muhammede.* De hoc ſcripto, & Methodo diſputandi cum Turcis, alibi, σὺν θεῷ, commodius.

II. *Tacritius*, cujus meminit Clariſs. *Pocok.* Not. Miſcell. ad Majm. p. 190. Inſignis eſt locus, de variis circa ſubjectum Reſurrectionis ſententiis, quem proinde heic inſeremus:. فاما اليهود فيقولون &c. *judæi verò dicunt*, tum demum, cùm advenerit ille, quem Meſſiam autumant, reſurrecturos homines, reſuſcitatum iri ſcil. Iſraelitarum præſtantiſſimos è ſepulchris, E.G. Noam, Abrahamum, Iſaacum, Jacobum &c. atque in hoc mundo vitam corpoream victuros, unáque cum illis judæos omnes, eſuros, bibituros, & uxores ducturos. Alij è judæis dicunt ejuſmodi Reſurrectionem ad Iſraelitas tantùm, non alias gentes pertinere; neque enim illam cæteris nationibus communem eſſe, quod confirmare ſatagunt è viſione quam vidit Ezechiel Propheta in valle extra Babelem, cùm Deum rogâſſet, ut ipſi oſtenderet, quo pacto mortui reſurgerent; juſſit ergo illum Deus in vallem exire mortuorum cadaveribus refertum, dixitque illi: Vaticinare: (quod illo faciente) flantéque vento unitæ ſunt compages, oſsáque alia aliis conjuncta, ſu-

per

perveniente carne &c. Hinc patet, non esse rem Deo impossibilem, neque ultra potentiam ejus, qui initio hominem formavit, eundem, quando & quomodo voluerit, statui pristino restituere; cùm potentia ejus infinita sit. Nos autem dicto huic eo fine adducto, ut probetur, omnes gentes perditum iri, neque resurrecturos alios, quàm Israëlitas, aut vel ex ipsis justos, ut autumant Judæi, opponimus, Deum justum esse & erga nos & illos: justitiæ autem non est, ut quis benemerentium quibusdam omisſis, aliis benefaciat, aut aliis quàm mala patrantibus malum rependat. Quòd si bonos bene, malos malè tractare justum, convenire, ut يخص بهذا الفعل البعض دون البعض *hoc alijs præ alÿs faciat*, cùm remuneratio justa لا يكون مقصورا علي امة دون امة او علي شخص دون شخص *non restringatur ad Gentem, præ Gente, vel personam præ persona*: quòd si dixerint, Deum hoc facere, prout Israelem sibi in peculium præ reliquis gentibus elegerit, ut ad illos nuntios & Prophetas mitteret; atque ita & Resurrectione alios præ aliis dignari: respondemus: Si contenderitis, futuram Resurrectionem Israëlitarum tantùm, non aliarum Gentium, fuisset in eo, quod dicitis بعض الضلالة *error aliquis* (i.e. error non tam enormis, quàm alter; quanquam *Pocok*. legendum existimet العدالة *aliqua æquitas*) Atqui vos, cùm Israëlitis propriam, exclusis Esavi aut Hami posteris, statuitis, deinde *Israelitarum* aliquibus præ aliis; فما هذا دخل في باب العدالة *quod nihil cum æquitate commune habet*. Nos autem Christiani confitemur resurrectionem

nem omnibus hominibus communem futuram, credentibus & infidelibus, bona & mala facientibus, parvis & magnis, viris & fœminis.

Ad Bibliothecam Chriſtianam pertinent alia etiam tum, ſive miſcellanea, ſive incerta quorundam authorum monumenta; tum recentiſſimæ quædam ſive fidei expoſitiones, ſive translationes tàm à Pontificiis factæ, quàm etiam Reformatis.

Prioris generis ſunt, 1. تصانيف ابي سليمن بن طاهر *Tractatus Abi Soleimanis, fil. Taheri.* 2. تصانيف يوحنا السرياني المعروف بالشيخ ويعقوب السرياني *Libri Iohannis Syri, vulgo, Schaichi i.e. Venerabilis; & Iacobi Syri.* 3. مقالات الفيلسوف عبد الله بن الطيب *Sermones Philoſophi Abdallæ, filij Tajibi.* 4. كتب حنين بن عمرو بن يوحنا بن صلت *Libri Honaini, filij Amri, fil. Iohannis, fil. Zelti.*

Poſterioris generis ſunt. A. كتاب الاقتدا بالمسيح مشتمل على اربعة اسفار لتوما الكمبيس القانوني المترهب تحت قانون القديس الجليل اوغسطينوس وقد نقله من اللغة اللاطينية الي العربية العبد الفقير الي الله سبحانه وتعالي كلستينوس من القديسة تيريزيا الراهب الكرمليتا في الحالي *Liber de imita-*

-tione, quatuor absolutus partibus., Thomæ à Kempis Canonici Regularis, ordinis S. Augustini, quos ex Lingua Latina in Arabicam nunc transtulit humilis & pauper Dei altissimi servus Cœlestinus de S. Liduina, ordinis Carmelitarum discalceatorum. Ipso authoris Msc. aliquando fui usus. Tersa est translatio, & nitidior, quàm quæ ab homine Europæo expectari possit. Verba capitis 1. lib. 1. *Quid prodest tibi, alta de Trinitate disputare, si careas humilitate, unde displiceas Trinitati;* Arabicè translata sunt ;; ماذا تفيدك المجادلة السامية في غوامض الثالوث اذا كنت خاليا من التوضع ولذلك لم يرض عنك الثالوث

Sequentia item, ejusdem capitis: *Si scires totam Bibliam exterius, & omnium Philosophorum dicta, quid totum prodesset sine charitate & gratia?* لو استظهرت كافة الكتب المقدسة وجمع اقوال الفلاسفة فما الذي تستفيد منها بغير محبة الله ونعمته S.4. *Vanitas est præsentem vitam solum attendere, & quæ futura sunt, non prævidere,* شي باطل هو الاهتمام بالحياة الحاضرة فقط وعدم العناية بالامور المستقبلة Ita c.2.S.1. *Omnis homo naturaliter scire desiderat; sed scientia sine timore Dei, quid importat? Melior est profectò humilis rusticus, qui Deo servit, quàm superbus Philosophus, qui se neglecto, cursum cæli considerat;* كل انسان بالطبع راغب في العلم لكن ماذا يفيد العلم بغير مخافة الله بالحقيقة ان الفلاح المتواضع العابد لله افضل من الفيلسوف المتكبر الراصد لدوران الافلاك وهو غافل

عن

عن نفسه Item : *Si vis utiliter aliquid scire & discere, una nesciri , & pro nihilo reputari ;* ان قصدت علما مفيدا وتعليما حسنا ارغب ان تكن مجهولا محسوبا كلا شي Et tandem , S.4. *Si videres alium apertè peccare, vel aliqua gravia perpetrare, non deberes te tamen meliorem æstimare, quia nescis ; quàm diu possis in bono stare. Omnes fragiles sumus, sed tu neminem fragiliorem te ipso tenebis :* اذا نظرت الى احد قد اخطا خطا ظاهرا واجترم جرما كبيرا ولا يليق بك التوهم وانك اصلح منه وافضل لانك لا تعرف لسم مقدار من الزمان تكون مقيما في الصلاح كلنا ضعفا ولكن احسب ان لا يوجد احدا اضعف منك

Atque sic ex ungue leonem. Audivi ante hac Editionem hanc Romæ ad prælum fuisse paratam ; nihil tamen certi habeo. Eundem librum in Turcicam Linguā translatum esse, docet Metaphrastes in præfatione:

ذكر بعض من الاباء المكرمين ان هذا الكتاب وجد في بلاد المراكشة منقولا في اللغة التركية كما يبين من ذكاوه التي نذكرها الان قد ورد قبل ثمانية وثلاثين سنة ان راهبا فاضلا من جماعة اليسوعية توجه الى بلاد الجزاير وجا بما يفدي به الاسر ولما مثل بين يدي ملك المراكشة الذي في اول عمره كان مشتهيا مقابلة بصاحب المقابلة فانخله الى خزينة كتبه المملوة من الكتب الجليلة والانواع من الاسفار المختلفة وبعد ما اراه عدد

من كتبه ثم عرض اليه هذا الكتاب الشريف الروحاني
كتاب الاقتدا بـــا لمسيح المنقول باللغة التركية
فقال له الملك هذا الكتاب احب لدي من كتب
المحمدين جميعا واعظم شـــانـــه على اسفارهم

Commemorat quidam Patrum Venerandorum; hunc librum reperiri in regione Maroccana, translatum in linguam Turcicam, id quod apparet ex Historia, cujus modo mentionem faciemus. Refertur enim ante annos 38. Monachum excellentem de Societate Iesu concessisse in regionem Insularem, secúmque pro redimendis captivis attulisse λύτρον. Et cum pervenissent ad Regem Maroccensem, qui primo ætatis tempore Christianus erat, excepisse illum humanissimè, & introduxisse in Bibliothecam, pretiosissimis scriptis, & variis libris insignibus refertam. Et postquam numerum scriptorum suorum ostendisset, exhibuit ei hunc librum nobilem, spiritualem, librum de imitatione Christi, translatum in linguam Turcicam. Dixítque ei Rex; Hic mihi liber charior est omnibus scriptis Muhammedanis, majoríque eum habeo loco, quàm libros eorum.

B. Brevis Orthodoxæ fidei professio, quæ ex præscripto sedis Romanæ ab Orientalibus ad Romanæ Ecclesiæ unitatem, venientibus facienda proponitur, Arabico-Latinè. Romæ imp. 1630. in 4o.

C. Apologia pro Christiana religione, quâ à *Philippo Guadagnolo* Malleanensi Clericorũ Regularium Minorum, respondetur ad Objectiones *Ahmed, fil. Zin Albe-*

Albedin, *Persæ Asphahensis* contenta, in libro scripto *Politor speculi*: Romæ Latinè prodiit 1631. Arabicè verò 1637. Persæ scriptum non vidi: Ex refutatione tamen Guadagnoli colligo, iisdem planè contra Christianismum, vel Papismum potiùs pugnare armis, quibus *Ahmed Ibn-Edris*, cujus subinde in scriptis nostris meminimus. In eandem rem prodiit Romæ 1628. *Dilucidatio speculi verum monstrantis*, in qua instruitur in fide Christiana Hammed, filius Zin, Elabedin in Regno Persarum princeps, & refellitur liber à Doctoribus Persis editus sub titulo Politor speculi verum monstrantis per Bonaventuram Mulvasiam, Bononiensem, Franciscanum Conventualem.

D. *Catechismus Bellarmini* ex Italico in Arabicum translatus a. Ch. 1613. per Victorium Sciallac Accurensem, & Gabrielem Sionitam Edeniensem, Maronitas.

P*osterioris* generis hactenus pauca vidimus, tùm, quòd rarius nostratium cum remotis illis Orientalibus sit commercium, tum etiam, quòd per mare, per terram Pontificij emissarij discurrant, ut proselytum faciant, quem nacti principijs mox suis, Lingua vernacula, imbuunt; quanquam paulò sint verecundiores in scriptis suis contra Turcas Elencticis, Reformatorum utplurimum hypothesibus nisi, quàm in nostro Climate. Puto tamen præter alia quædam scripta symbolica libellum *Hugonis Grotij* de veritate Religionis Christianæ in Linguam Arabicam esse traductum; & ego jam ante hac Confessionem Helveticam Arabicè verti; quam fortè commodè alibi, & quidem proximè, totam exhibere dabitur. Titulus scripti est; شريعة الايمان وتاويلها اي

 شرح

شرح الاصول وقواعد الدين المسمي مفيد مختصر

Lex fidei, ejúsque explicatio, Id est, Explicatio articulorum atque fundamentorum fidei Christianæ, utilis atque compendiosa.

CLASSIS II.

Scriptorum Iudaicorum, &

A. *Rabbanitarum.*

Rabbanitarum scripta Arabica sunt

I. *Translationes Bibliorum*, vel partium tantùm quarundam, de quibus jam actum est: quibus addi potest *Paraphrasis illa* R. Iosephi in Cantic. Canticor. de qua *Hist. Eccles.* Sec. XII. p. 254.

II. *Talmudica*, ut sunt a. *Commentaria Majmonidis*, in Mischnajoth, de quibus consuli potest nostra *Hist. Eccles. Sec.* XII. p. 259. *Sec.* XIII. p. 252. *Analect.* P. 1. p. 300. Præfat. Pocok. in باب موسي sive *Portam Mosis*, quâ doctissimus author, charactere quidem Hebraico, sed Arabicâ Linguâ, exhibuit 1. Præfationem Majmonidis in Seder זרעים *de seminibus*, qua totius operis Talmudici ratio redditur. 2. Ejusdem ad פרק חלק seu caput decimum tractatus *Sanhedrin* præfationem, in qua de Religionis judaicæ fundamentis distinctè agitur. 3. Ejusdem octo capitula, commentario in Pirke אבות præmissa. 4. Præfationem in סדר קדשים 5. In סדר טהרות 6. In l. מנחות præfationem; quas elaboratissimis notis illustravit. Ante jam quædam ex Commentar. in פרקי אבות citaverat in *Specim.* Arab. p. 202. 239. 356.

III. *Com-*

III. *Commentaria in Sc. S.* 1. In *Ecclesiasten* habemus Arabica commentaria Abul-Baracath, cujus idem meminit *Pocok.* Not. ad Port. Mos. p. 189. & 190. Author Commentarij perhibetur اوحد الزمان ابو البركات الطبيب *Auhado-zzaman* (Phœnix seculi) *Abul-Baracath Medicus*, ille forsan, cui nomen alias هبة الله *Hebat-ollali*, qui sub *Moktafio, Ebnil Mosthaderi*, Chalifa, floruit, & à judaismo tandem ad Muhammedismum desciivit: Vir eruditione insignis, libri inter cæteros Philosophici cui titulum المعتبر indidit author, quo tantopere gloriatus est, ut monumento suo inscribi moriens juberet قبر اوحد الزمان ابي البركات ذي العبر صاحب المعتبر *Sepulchrum Auhadi-zaman, Abil-Baracati, varijs casibus insignis, authoris libri Almotabar.*

2. Sæpe etiam mentionem facit in explicatione S. Sc. locorum obscuriorum, Arabicis verbis, R. *Tanchumæ*, Vide Not. p. 4. 18. 20. 21.

IV. *Lexica Biblica.* Edidit *Ibn-Iannachius* librum Radicum, cujus crebra mentio in notis citatis. Vide p. 18. Ubi etiam nomen occurrit *Glossarij Hebræo-Arabici* ἀνωνύμȣ.

V. Theologica tum *didactica*, tum *Elenctica*, quo pertinent 1. *More Hannevochim*; de quo egimus tum in *Anal.* P. 1. p. 300. tum in *Hist. Eccles.* Sec. XIII. Libro nomen دلالة *Indicis* imposuit; alii ضلالة *errorem* appellarunt. Vide *Pocok. Specim.* pag. 367. 2. *Saadiæ Fundamento fidei*, trans-

translata in Linguam Hebræam. Compendium ſuppenditat Hiſt. Eccleſ. *Sec.* . p. 3. *Liber Coſri* de cujus authore varia ſunt judicia. *Buxt.* in Abbrev. Authorē facit R. Bechaj Haddajan, ſive judicem Hiſpanum, fil. R. Joſeph, qui Arabicè eum ſcripſit; Aben Tybbon verò tranſtulit Arabicè. Alij tamen aliter; vide *Hiſt. Eccleſ.* Sec. XII. p. 254. Adde *Pocok.* Specim. p. 384. R. Iuda Hallovi librum ſuum הכוזרי *Hac-Cozari* inſcripſit, quòd Dialogum ſcil. inter Cozarorum Regem, & doctum quendam judæum R. Iſaacum contineat. Num autem talis unquam extiterit Rex, dubitare videtur author Meor Enaim; quòd tamen mihi ſatis probabile ſit, cùm legamus in Geographia Scharifol-Edriſi, apud Cozaros liberum fuiſſe unicuique quam vellet Religionem amplecti, atq; apud Ahmedem, Joſephi filium, fuiſſe ex ipſis

مسلمون ونصارى ويهودا ومن لا يدين لمعبود

alias Profeſſione Muhammediſtas, alios Chriſtianos, alios judæos, alios nulli prorſus religioni addictos.

4. אגרת תימן *Epiſtola Meridiei*, R. Majmonidæ, de qua ſupra, p. 27. Eam tranſtulit ex Arabiſmo in Hebraiſmum *R. Noachus*, nomine פתח תקוה *oſtium ſpei.* 5. Ejuſdem אגרת תחיית המתים *Epiſtola de Reſurrectione mortuorum*; ſup. p. 18. Fit etiam in Arabum ſcriptis mentio

تاليفات بشر بن فنحاس بن شعيب الحاسب اليهودي

Tractatuum Baſchari, filij Pinchaſi, fil. Schoaib, Arithmetici judæi.

Huc pertinent Libri, quos ex Arabica Lingua judæi tranſtulerunt, cùm Arabum antea fuiſſent aut Græcorum, cujuſmodi cenſentur; ספר התפוח *Liber Philoſophicus*;

phicus; עגלות רעיונות *Liber*, quem composuit Israëlita quidam, continens responsiones ad quæstiones septem Philosophicas; מרפא נפשות *Medicina animæ*; מבחר הפנינים *Selectus Margaritarum*, de quibus sup. p. 56. חובת הלבבות *officium corduum*, R. Bechai. Et hic est ab Aben Tybbon versus. אקלידס *Euclides*; אבן סינא *Avicenna*; אגרת בעלי חיים *Epistola animalium*; sup. p. 51.

B. *Karræorum*.

Hic occurrunt I. *Commentaria in Scripturam Sacram*. Vide *Hist. Eccles.* Sec.XII.p.254. II. Scripta *Elenctica*, contra Rabbanistas. Extant quædam Abulpharghi, de quibus *Iuchas*. p. 130.a. Initium cujusdam libri erat; في الاول الظلام *Initio tenebrarum*. Plura de Abulphargo diximus *Hist. Eccl.* Sec.XII.p.244. Nec dubitandum, quin, ut pleraque scripserunt Arabicè, hic suas etiam habuerint versiones, præsertim, quod peculiarem sequerentur codicem, cujus meminit *Selden.* de ux. Heb.p.31. ubi Textus *Levit*.18.v.11. ita habet ערות בת

אשת אביך לא תגלה מולדת אביך אחותך היא לא תגלה ערותה

Turpitudinem filiæ uxoris patris tui non revelabis: *Ex patre genita soror tua est, nec revelabis turpitudinem ejus*. Convenit hæc lectio Græcis. Heb. simpliciter habet:

ערות בת אשת אביך מולדת אביך אחותך הוא לא תגלה ערותה

Turpitudinem filiæ uxoris patris tui, ex patre genita soror tua est, nec revelabis turpitudinem ejus. Reliqua pete ex *sup*. pag. 24. Disputatione præsertim prima Theologica, à restituta Academia, hic habita, &

N ibi-

ibidem à nobis citata , ubi quicquid de Karræorum ſcriptis & Scriptoribus hactenus occurrit, breviter indicavimus. *Selden.* de uxore Heb. p. 11. & 13. de *anno Civil.* c. 2. multa recenſet Scriptorum nomina priſcorum ex ſecta Karraitica, veluti R. Iapheti, filijque Levi, Ioſephi Karkeſamij, Sahelis ſacerdotis, Davidis principis, Selomonis ben Ierocham, Benjaminis, ben Moſe, additque, quàm plurimos ejuſdem generis extitiſſe, qui Arabicè plerunque conſcripſerint ipſi , quæ Rabbinicè ab aliis verſa.

C. *Samaritanorum.*

Samaritani Lingua Arabica nobis exhibent 1. *Verſiones* Pentateuchi. Vide *Theſaur. Phil.* p. 280. Habeo fragmentum in *Geneſin* c. 11. 12. utrumque tamen mancum. Specimen dabo ex cap. 11. quia ſcriptum eſt ἀνέκδοτον.

Sermone uno & verbis uſa (erat terra) eiſdem. 2. Erat autem, cum proficiſcerentur illi ab oriente, ut invenientes vallem in terra *Irak*, conſiderent ibi. 3. Dicerétque alter alteri: Formemus lateres; & bene excoquamus eos : Et fuerunt illis lateres pro lapidibus, & bitumen fuit illis pro intrito. 4. Et dixerunt: Agite; Extruamus nobis

.... لغة واحدة وخطوب
متحدة كان عند رحيلهم
مـــن الشرق وجدوا بقعة
بارض العراق ثم وقـــال
الرجل لصاحبه نريد نضرب
لبنه ونشويه شيه وصـــارت
لهم اللبنة كالحجر والحمر
صار لهم طينا وقالوا هات

nobis urbem,.& turrim, cujus faſtigium pertingat in cælum; & faciamus nobis nomen, ne diſpergamur in ſuperficiem totius terræ. 5. Et deſcendit *Angelus Domini*, ad videndum urbem, & turrim, quam extruxerunt filij hominum. 6 Dixítque Deus: En populum unum, & labium unum; & hoc eſt initium eorum operum; Nunc autem non difficile erit iis, quidquid cogitârunt facere: 7. Deſcendamus igitur, & confundamus eorum linguas, ut non intelligant alter ſermonem alterius. 8. Et diſperſit eos Iehova inde in ſuperficiem totius terræ; & deſierunt extruere urbem illam, *& turrim*. 9. Propterea vocavit quiſq; nomen illius Babel, quòd ibi mutâſſet *Deus* linguas totius terræ; & inde diſperſit eos Deus in ſuperficiem totius terrę. 10. Hæc eſt Genealogia Schemi; Schem natus centum annos ge-

نبني لنا مدينة وبرجه وراسه
في السما ونصنع لنا اسما
كيلا نتشتت على وجه
كل الارض وانحدر ملاك
الله لنظر المدينة والبرج
الذي بنوا بنوادم وقال
الله ان شعبة واحده ولغة
واحده لكلهم وهذا ابتداهم
للفعل والان لا يصعب اليهم
كل ما يعزمون الفعل
فريد ننحدر ونغير هناك
اللغات حتي لا يفهم رجل
لغة صاحبه وشتتهم الله من
هناك على وجه كل
الارض فا نقطعوا من
بنايه المدينه والبرج
بسبب ذلك دعي اسمها
بابل اذ هناك غير الله لغات
كل الارض ومن هناك
شتتهم الله على وجه كل
الارض هذا نسبه سام مية

nuit Arphacſchad, biennio poſt diluvium. 11. Vixitque Schem, poſtquam genuit Arphacſchad, quingentis annis, & genuit filios & filias. *Et erant omnes dies Schemi ſexcenti anni, & mortuus eſt.* 13. Vixitque Arphacſchad *centum* triginta quinq; annos, genuitque Schelachum; & vixit Arphacſchad, poſtquam genuiſſet Schelachũ, *trecentis tribus* annis, quibus genuit filios & filias. *Et fuerũt omnes dies Arphacſchadi quadringenti triginta octo anni & mortuus eſt.* 14. Vixítque Schelach *centum* & triginta annos, genuítque Eberum. 15. Vixitque Schelach, poſtquam genuiſſet Eberũ, *trecentos* & tres annos, & genuit filios & filias. *Erántque omnes dies Schelachi quadringenti & 33. anni* & mortuus eſt. 17. Vixitque Heber, poſtquam genuiſſet Pelegũ *ducentos & ſeptuaginta* annos, genuitq; filios & filias.

سنة واولد ارفكشد سنتين
بعد الطوفان عاش سام
بعد ايلاده ارفكشد خمسماية
سنة واولد بنين وبنات
وكانت كل ايام سام
ست ماية سنة ومات وارفكشد
عاش خمسا وثلاثين ومايه
سنة واولد شلح وعاش
ارفكشد بعد ايلاده شلح
ثلاثة سنين وثلاث مايه
سنة واولد بنين وبنات
وكانت كل ايام ارفكشد
ثمانيه وثلاثين سنة
واربعمايه سنة ومات وعاش
شلح ثلاثين سنة ومايه سنة
واولد عبر وعاش شلح بعد
ايلاده عبر ثلاث سنين
وثلاثمايه سنة واولد بنين
وبنات وكانت كل ايام
شلح ثلث وثلاثين سنة
واربعمايه ومات فعاش عبر
بعد ايلاده فلج سبعين سنة
ومايتي سنة واولد بنين
وبنات وكانت كل ايام
عبر اربع سنين واربعمايه

Erant-

Erantque omnes dies Eberi quadringenti & quatuor anni, & mortuus est. 18. Vixitque Peleg *centum* & triginta annos, & genuit Rehu. 19. Et vixit Peleg, postquam genuisset Rehu *centum* & novem annos, quibus genuit filios & filias. *Erántque omnes dies Pelegi ducenti & triginta* (legendum enim ثلاثين.) *anni*, & mortuus est. 20. Et vixit Rehu *centum* triginta duo anni, & genuit Scherugum. 21. Vixitque Rehu postquam genuisset Scherug, *centum* & septé annos, genuitque filios & filias. *Et erant omnes dies Rehu ducenti & triginta novem, & mortuus est.* 22. Et vixit Scherug *centum* & triginta annos, & genuit Nahorem. 23. Et vixit Scherug, postquam genuisset Nahorem *centum* annos, quibus genuit filios & filias. *Et erant omnes dies Scherugi ducenti & triginta anni, & mortuus est.*

سنة ومات وعاش فلج
ثلاثين سنة ومايه سنة
واولد رعو وعاش فلج بعد
ايلاده رعو تسع سنين ومايه
سنة واولد بنين وبنات
وكانت كل ايام فلج
تسعه ومايتن وماتي سنة
ومات وعاش رعو اثنين
وثلاثين ومية سنة واولد
شروج وعاش رعو بعد
ايلاده شروج سبع سنين
ومية سنة واولد بنين
وبنات وكانت كل ايام
رعو تسعه وثلاثين ومايتي
سنة ومات وعاش شروج
ثلاثين سنة ومية سنة واولد
نحور وعاش شروج بعد
ايلاده نحور ماية سنة
واولد بنين وبنات وكانت
كل ايام شروج ثلاثين
سنة ومايتي سنة ومات:

Quæ, ſubductis lineis à reliqua textus ſerie diſtinguuntur, differunt à Contextu Hebræo. Differentia hæc jam ab Euſebio eſt obſervata, ut videre licet p. 10. Chronic. Euſeb. Edit. *Scalig*. De quo aliâs.

II. *Hiſtorica*. Habeo ſcriptum, cui titulus, كتاب

سير اخبار بني اسرائيل من وقت ان قلد سيدنا موسي

ابن عمران النبي عليه السلام يوشع ابن نون خلافه علي قومه

Liber res geſtas enarrans filiorum Iſraël, à tempore, quo tradidit Dominus noſter Moſes, filius Amram Propheta, p. m. Ioſuæ, filio Nun, Imperium in populum ſuum. Vocatur *Liber Ioſuæ*, cujus meminit *Scalig*. de Emend. Temp. lib. 7. p. 669. *Iuch*. p. 154. a. Epitomen attexuimus *Exercit*. *Anti Morin*. Pleniores Hiſtorias in *Smegmat*. P. 1. c. 8. *Kirch*. in Oedip. Ægypt. P. II. Tom. II. Synt. 4. p. 363. Meminit ædificati templi in monte Garizim ex *Seduna*, *Patriarcha Gazenſi*, in relatione de Samaritanis, Samariticis Characteribus ſcripta. Stylus eſt purè Hebraicus; Lib. Iuch. & Schalſch hakkabb. reſpondet. Sed hæc ad Bibliothecam Samaritanam pertinent.

CLASSIS III.

CHALDÆORUM, SABÆORUM, MAGORUM.

DE his jam alibi egimus. Hæc autem arcana reſerârunt, 1. Ibn-Vaſchia, de quo Hiſt. Orient. p. 197. Ubi ſcripta ejus ordine recenſentur, ex Mſc. Arabico, quod

quod authorem ita nobis deſcribit , وهو ابوبكر احمد

بن علي بن المختار بن عبد الكريم بن حريثا بن ـــــ

بن ...... بن .... عالاطبا الكسدالي الصوفي من اهل ......

وكان يدعي انه ساحر يعمل اعمال الطلسمات ويعمل الصنعه

Eſt autem ille Ahmed Abubecer, fil. Ali, fil. Almochtari, fil. Abdolkarimi, fil. Haritha, fil. N. fil. N. Alatæus, Chaſdæus, Zufæus, è populo N. Ferebatur autem feciſſe opera Tilſemath, & alia Mechanica &c.

Magno ſtudio hi à magno quodam viro quærebantur libri in ipſa Perſia, dato mandato, ut operâ Moula Iſphahanæ anquireretur; ما نقله ابن حشيه الي العربي من كتب النبط في المذاهب والعلوم النبطيه وما يوجد من تاليفه *Quicquid tranſtuliſſet Ibn Vachſchia in Linguam Arabicam ex ſcriptis Nabathæorum de Religione & ſcientijs Nabathæorum, & quicquid ſcriptorum ejus, reperiri poſſet.* Vide *Anal.* P. 1. p. 251. II. *Muhammed*, ben Iſaac ordine exhibet Catalogum Ducum & Principum Sabæorum, qui extat *Hiſt. Orient.* p. 174. Ubi num. 4. legi debet بن قره *Filius Korrah*; de quo *Hiſt. Eccleſ.* Sec. x. p. 109. III. *Moſes Majmonides*, More Hanev. lib. III. c. 29. Scribit; Reperiri Sabæorum libros in manibus ſuis التي اخرجت العرب *qui traducti jam ſunt in Linguam Arabicam.* Ibidem meminit lib. في الفلاحه النبطيه *De cultu Nabathæorum.* Eodem capite alij citantur Sabæorum authores. *Quamvis autem*, inquit, *tu non opus habeas*

habeas hac admonitione, quia jam instructus es talibus scientiis, quæ prohibent, ne animum apponas ad insanias istas Chasdæorum, Chaldæorum & Zabiorum omni sapientia (quæ quidem revera ita nominari meretur) carentes, nihilominus tamen illa ad alios præservandos monere volui; quia vulgus nimis facilis ad fidem fabulis istis adhibendā. Ex libris porrò illis sunt quoq; Liber Haistamchus, *qui Aristoteli; sed falsò, tributur.* Liber item Hattel-Samoth *h. e. de Imaginibus loquentibus*; Liber Tamtam; Liber *Hascharab*; Liber מעלת הגלגל והצורות העולות בכל מעלה *De gradibus orbium cælestium & figuris ascendentibus in unoquoque gradu; Liber alius de imaginibus loquentibus, qui etiam attribuitur Aristoteli; Liber quidam qui tribuitur Hermeti; Liber Isaaci Zabii, qui disputat pro Lege Zabiorum; Liber item illius magnus de consuetudinibus & particularitatibus Legis Zabiorum, ut de illorum Festis, sacrificiis, precationibus & aliis ad fidem eorum spectantibus.*

IV. Ahmed, fil. Taibi scripsit; في امر مداهب الخرانية الكلدانيين المعروفين بالصابية. *De sacris Chananæorum, Chaldæorum, qui Sabæorum nomine veniunt.* Ex hoc authore sua desumsit Muhammed, fil. Isaaci, cujus crebra in Historia Orientali mentio. V. *Alu-Fergius*, de solennibus Chaldæorum ritibus, & variis Indorum Religionibus.

CLASSIS IV.

Muhammedanorum, &

א. THEOLOGORUM; sive Matæologorum potius.

Tria in Muhammedanorum Theologia spectantur
1. الفقه

1. الفقه *Theologia Korani*, Lex ἄγραφος quo nomine intelligunt doctrinam de Deo, ejus cultu & Legibus, cui accedunt الفتاوى *responsa sapientum*. 2. التفسير *Exegesis* Alkorani. 3. الحديث *Suna*, sive משנה Lex ἄγραφος. Addi possunt Leiturgica.

A. ALKORANUS.

De Alkorani Etymologia, distributione jam hic agendi locus non est. Habent multa *Erpen.* Not. ad Surat. Josephi; & *Celeb. Gol.* append. Grammat. Arab. p. 174. Brevem ejus analysin suppeditat *Historia* nostra *Ecclesiast.* Sec. VII. p. 398. Plura, σὺν θεῷ, daturi, in Theatro nostro. Hac vice monere sufficiat,

I. Alkorani varia extare hinc inde exemplaria, diversis characteribus, tomis etiam vel distinctis, vel uno absoluta.

Vetustissima sunt inscripta Pergameno, *charactere Kufico.* Habeo ἀπόγραφον fragmenti hoc Charactere scripti ex Bibliotheca Amplisss. nuper Sangallensium Consulis, D. *Schobingeri.* Vidi aliud, formâ minori, in ædibus Celeb. *D. Golij*, qui & ἀποσπασματίω, quod habeo, copiam mihi fecit.

Proximè, quoad splendorem, sequuntur, exemplaria, distinctis Tomis, majusculis literis, auro hinc inde, & colorum varietate intertextis; adornata. Habeo ejusmodi Tomum, quem a. Ch. 1535. cùm Carolus V. expugnaret Tunetum, Baro von Königseck, tanquam spolium in Europam deportavit. Audivi non semel, in Bibliotheca Sereniss. Reginæ Sueciæ exemplar Alkorani splendididissimum, ab ipso antehac (ut magni viri conji-

O ciunt

ciunt Imperatore Turcico , Romanorum Imperatori oblatum. Noſtra ætate vulgaria exemplaria, non publicis tantùm; ſed & privatis cedunt Bibliothecis; ut de his longum facere ſermonem non ſit operæ pretium.

II. Alkoranum non ab ipſo collectum Muhammede, & in unũ redactum Tomum; ſed ab Abubecro. Ità enim *Abulfeda*; امر بجمع القران من افواه الرجال وجريد النخل والجلود وترك ذلك المكتوب عند حفصة بنت عمر زوج النبي ولما تولي عثمان راي اختلاف الناس في القرات كتب من ذلك المكتوب الذي كان عند حفصة نسخها وارسلها الي الامصار وابطل ما سواها

Iuſsit (Abubecer) *colligi Alkoranum ex ore hominum, & palmarum foliis, & pellibus, atque ita ſcriptum relinqui apud Haphzam, Omari filiam, Muhammedis uxorem. Cùm autem ad Imperium jam evectus Othman, varias, quæ apud homines eſſent, lectiones videret, exemplaria, ex illo, qui penes Haphzam erat, libro tranſcripta, in varias paſſim regiones mittens, reliqua omnia è medio ſuſtulit.* Paulò aliter ex Tabarita *Elmacinus*. Hiſt. Sarac. p. 18. قال ابو جعفر الطبري رحمه الله ان ابابكر رضي الله عنه اول من جمع القران من الموحين فانه لما اصيبوا المسلمون باليمامه خاف ان يعدم

يعدم من القران طايفة فانما كان في صدور الرجال

وفي الرقاع ويبن اللوحين وسماه مصحفا

Dicit Abu-Giaphar Tabarita, fil.m. Abubecrum, p.m. primum fuiſſe, qui collegerit Alkoranum ex tabulis. Cùm enim Muſelmanni in Iamama fortunam experirentur adverſam, metuit, ne quid de Alkorano periret. Erat enim in hominum pectoribus, & in Schedulis inter tabulas, vocavitque eum Muzhafum i.e. *Volumen*; alludens, dubio procul ad Heb. מגלה quod ſacris judæi libris tribuunt. Unde vulgò ab Arabibus جامع القران *Collector Alkorani* vocatur. De varietate exemplarium quædam diximus in *Theſ. Pholol.* p. 414.

II. Diſtingui Alkoranum capitibus & verſibus. *Caput* سورة Heb. חלכה, *verſus* اية dicitur. Suratarum ordinem & numerum habet *Poſtellius* lib. II. de Concord. Orbis p. 125. eundem & nos exhibebimus, additis primariis cujuslibet Suratæ argumentis, & Lectorum præmiis. *Primum* Caput dicitur. فاتحة الكتاب *Apertio*, ſeu Procemium libri. Item, teſte Keſchapho, ام الكتاب *Mater libri:* سورة الكنز *Caput theſauri.* سورة الحمد *Caput laudis.* سورة الصلاة *Caput precationum*, quia quotidiana eſt Muhammedanorum Oratio. وافية وكافية *Perfectio.* اساس *Fundamentum*; سورة الشكر والدعا

 Caput

Caput gratiarum actionis & invocationis. سورة الشفا *Caput Medicinæ.* Septem constat versiculis, unde & لسبع المثاني nuncupatur. Meccensis vulgò inscribitur. Variant tamen nonnulli, juxta *Beidavi.* صح انها نزلت بمكة حين فرضت الصلوة وبالمدينة لما حولت القبلة وقد صح انها مكية

Verisimile est, eam descendisse Meccæ, cùm precibus tempus fuisset destinatum: Medinæ verò, cùm homines eò religionis ergò proficisci cœpissent. Verisimilius tamen Meccensibus annumeratur. Recitationi ejus superstitio Muhammedica magnam tribuit vim: وعن حذيفة ابن اليمان ان النبي صلى الله عليه وسلم قال ان القوم ليبعث الله عليه العذاب حتما مقضيا فيقرى صبي من صبيانهم في الكتاب الحمد لله رب العالمين فيسمعه الله تعالى فيرفع بذلك العذاب اربعين سنة

'Hadifus Ibn-Iaman, Muhammedis nomine refert: Quòd si Deus contra populum miserit poenam, adeò ut decreta jam illi plenè sit, puerulus autem eorum quidam ex libro (Alkorano) *legerit: Laus sit Deo, Domino Creaturarũ* (initium est hujus Suratæ) *exaudiet eum Deus excelsus, pœnámque per annos* 40. *removebit.*

II. Surata, Medinensis constans versibus 286. vocatur البقرة *Vaccæ*, argumento petito à rufa vacca Israelitarum, *Num.* c. 19. Multa de Adami lapsu, Davide, Goliatho, Saule, Israelitarum commoratione in deserto inter-

interſerit. Caput hoc ſecundum quantitate poſtrema quadraginta ſuperat. Duo cumprimis verſiculi ſunt magnæ authoritatis, quos nugantur Deum creâſſe 2000. annis ante conditum Mundum, quóſque fingunt ex Paradiſi theſauris Dei manu ſcriptos.

III. سورة ال عمران Caput de *Familia Imrani*. Confundit agyrta Mariam θεοτόκον, cum Maria ſeu Miriam Amrami filia, ſorore Moſis. Medinenſe eſt hoc caput conſtans verſibus 200. De Maria agit, Chriſto, Iohanne, Apoſtolis, Trinitate. Lectoris præmium; من قرا

سورة العمران اعطي بكل ايه منها امانا على جسر جهنم

Quicunque hanc legerit Suratam, unoquoque verſiculo meretur ſecuritatem contra vinculum inferni.

IV. سورة النسا *Surata mulierum*, Medinenſis, verſuum 176. ſic dicta, quia tractat de mulieribus, πολυγαμίαις ſponſalibus, repudiis, prohibitis gradibus: من قرا

سورة النسا وكانما تصدق على كل مومن ومومنة

وورث ميراث واعطي من الاجر كما اشتري محررا وبري من

الشرك وكان في مشية الله تعالي من الذين يتجاوز عنهم

Qui Suratam mulierum legerit, perinde eſt, ac ſi credenti cuique daret poſſeſſionem hæreditariam, & tantum erogaret, quantum ſatis eſt ad redimendum liberum, & à ſocietatis crimine alienus, erit in voluntate Dei excelſi præ illis, quibus pepercit.

V. سورة المايدة *Surata Menſæ*, Medinenſis continens verſus 120. Sic dicitur, quia menſæ meminit cælitus

libus Apostolis demissæ. Cœnam Domini vulgò intelligunt: sed reclamant Muhammedani. Videtur potius alludere ad Ioh.c.6. Hoc qui legerit caput judicio Muhammedis (hæc enim præmia omnia ab eo constituta sunt, & ejus etiam nomine à *Beidavio*, ex quo hæc desumimus, citantur) اعطي من الاجر عشر حسنات ومحي عنه عشر سيات ورفع له عشر درجات *Accipiet mercedis loco decem bona, & delebit decem mala; & exaltabitur decem gradibus.*

VI. سورة الانعام *Surata de bestijs.* Sermo de variis circa bestias ritibus. Meccensis est, exceptis versiculis tribus aut sex, inde à verbis; قل تعالوا In universum absolvitur versibus 165. من قرا الانعام صلي عليه واستغفر اوليك السبعون الف ملك بعدد كل اية من سورة الانعام يوما وليلة *Quisquis legerit Suratam de bestijs orant pro eo, veniámque rogant* 7000. *Angeli, juxta numerum cujusvis versiculi, Suratæ de bestijs, diu noctúque.* Nimis generaliter Ryer vertit *Chapitre des gratifications*, à نعم lætus, propitius fuit: subjecta materia docet, sermonē esse de انعام bestiis, à نَعَم *Pecora, quæ pascuntur, Cameli, oves.*

VII. سورة الاعراف *Caput de Septo*, cælum terrámque interjacente. *Limbum* vocat Ryer. Alij *purgatorium* intelligunt. Occasio Suratæ petita videtur ex *Luc*.c.16. Varia beatorum & damnatorum habentur colloquia. Meccensis est, exceptis octo versiculis. Versus habet 206.

206. Præmium Lectoris جعل الله يوم القيامة بينه وبين ابليس سترا وكان ادم عليه السلام شفيعا له يوم القيامة *Ponit Deus die Resurrectionis inter ipsum & Dæmonem sepimentum, eritque Adam p.m. advocatus ejus, die Resurrectionis.*

VIII. سورة الانفال *Caput de spolijs*, Medinense, versus habens 75. Agit de divisione Spoliorum. Nata occasio ex prælio Bederensi, quo commisso, disceptatum fuit inter Muselmannos, an tantundẽ deberetur illis, qui Medinam cũ Muhammede fugerãt, quantũ prælij socijs, quod Muhammed affirmavit. Qui hanc demurmuraverit Suratam, promittit ei Muhammed, quòd sit futurus شفيع له يوم القيامة وشاهدا له انه بري من النفاق *Advocatus die Resurrectionis, & testis, quòd esset immunis ab impietate.*

IX. سورة التوبة *Surata pœnitentiæ*; Medinensis; duobus exceptis versiculis; versuum 127. juxta alios verò 129. aut 130. Proprium habet hoc caput, quòd usitata exordiendi formula, *In nomine Dei*, &c. omittatur. Nempe, fæderi hostium Muhammed renunciat, ubi pacis & salutis formulæ locum dari noluit. Vocatur aliâs سورة البراءة *Surata immunitatis*. Se enim à fædere hostiũ immunem esse vult. Sunt plura hujus Capitis nomina: ولها اسما اخر التوبة والمشقشقة والبحوث والمبعثرة والمنقرة والمثيرة والحافرة والمخزية والفاضحة والمنكلة والمشردة والمدمدمة والسورة العذاب لما فيها من التوبة للمومنين والقشقشة من النفاق وهي التبرا منه والبحث عن حال المنافقين واثارها والحفر عنها مما يفضحهم وينكلهم ويشرد بهم ويدمدم عليهم

Sunt

Sunt alia hujus Suratæ nomina, Pœnitentia, ab hypocrisi ad veram fidem revocans; Scrutinium, diruens, investigans, Talionis lege vindicans, fodicans, increpās, ignominia afficiens, loquens, disperdens, castigans. Item Surata supplicij. *Agitur enim de pœnitentia fideliũ, restitutione ab infidelitate, quæ est liberatio ab illa; Scrutatur statum Apostatarum; eorumque pœnas; quæque de ijs inquirit in lucem, protrahit, de quibus etiam sermones miscentur; iidem expelluntur, dissipantur, & castigantur propter ea.* Muhammedis judicium de hac Surata;

ما نزل القران علي الا اية اية وحرفا حرفا ما خلا سورة براة وقل هو الله احد فانهما انزلا علي ومعهما سبعون الف صف الملايكة

Non descendit quicquam ex Alkorano ad me, nisi singuli versus, & singulæ voces, exceptâ Suraeâ البراة *& Suratu* (110.) *quæ incipit*; Dicito Deus unus. *Hæ enim conjunctim demissæ sunt, & cum illis 70000. Ordines Angelorum.*

X. سورة يونس *Surata Ionæ*, Meccensis versuum 109. denominata à Jona & Ninevitis, quorum Historia sub finem attexitur. Eam qui legerit, اعطي من الاجر عشر حسنات بعدد من صدق بيونس وكذب به وبعدد من غرق مع فرعون

Tribuitur ei merces decem præmiorum, secundum numerum eorum, qui Ionæ Prophetiam veram agnoverunt, vel mendacij arguerunt, & secundum numerum eorum, qui cum Pharaone sunt suffocati.

XI.

XI. سورة هود *Surata Hudi* i.e. Eberi, vide *Hist. Orient.* p. 26. Meccensis versuũ 123. Idem præmium est, quod superioris, nisi quòd accedat mantissa, talem futurum في يوم القيامة من السعدا *Die Resurrectionis ex beatis.*

XII. سورة يوسف *Surata Iosephi*, Meccensis versuum 110. juxta exemplar Biblioth. Tigur. aut 111. juxta meum. Continet Patriarchæ Josephi Historiam, Talmudicis ubique fabulis refertam. De occasione Suratæ *Beidav*; روي ان علما اليهود قالوا لكبرا المشركين سلوا محمد لما انتقل لكك يعقوب من الشام الي مصر وعن قصة يوسف فنزلت *Ferunt, Doctores judæorum, dixiße Proceribus Associantium* (Arabum) *Quærite ex Muhammede, cur deportatus fuerit Iacobus ex Syria in Ægyptum? Historiam item Iosephi, & tunc delapsam esse.* Hanc præ cæteris Suratam Muhammedani suis commendant. *Beidavius*, authoritate *Muhammedis*, ايما مسلم تلاها وعلمها اهله وما ملكت يمينه هون الله عليه سكرات الموت واعطاه القوة ان لا يحسدها مسلما *Ubicunque Muselmannus legerit eam, aut docuerit eam familiam suam, aut quicquid manu sua* (famulitium) *acquisiverit, facilem ei reddit Deus potum mortis, largitúrq; ei robur, cui nullus invidere queat, dũ Muselmannus est.* Præter hoc βραβεῖον, commune etiã habet, de quo

 idem:

idem: من علم ولده اية من القران خير له من عباده

سنة صيام نهارها وقيام ليالها وخير له من

الف دينار صدقة للفقرا والمساكين

Qui filium suum docuerit unicum Alkorani versiculum, plus illud ei emolumenti affert, quàm si observaret institutum Iejunij toto die, aut stationis tota nocte. Imò præstat Eleemosynæ mille denariorum pauperibus & egenis erogatorum.

XIII. سورة الرعد *Surata tonitru*, Medinensis; alij tamen Meccensem esse volunt, uno excepto versiculo. Versibus constat 45. Agit de Providentiæ operibus. Hanc qui legerit; اعطي من الاجر عشر حسنات بوزن

كل سحاب مضي وكل سحاب يكون الي يوم

القيامة ويبعث يوم القيامة من الموفين بعهد الله

Accipiet mercedem decem beneficiorum, pondere cujuslibet nubis, & præteritæ, & ad ultimum judicium futuræ; excitabitúrque ultimo die inter eos, qui fæderi Dei satisfecerunt.

XIV. سورة ابراهيم *Surata Abrahami*, 51. versuum Meccensis. Agit de Mose & Abrahamo. Hanc qui legerit, idem cum superiori habebit pretium; بعدد من عبد الاصنام وعدد من لم يعبد *Iuxta numerum tam eorum, qui coluerunt Idola, quàm qui non coluerunt.*

XV. سورة الحجر *Surata Hegher*; *Ryer* vocat valée,

aupres

aupres de la Mecqua; *Gol.* Mansiones Arabum ثمود Temuditarum, quæ inter Syriam, Medinam atque Meccam. Fabulosa multa de incolis petrosæ illius vallis tradit. Incipit hic Alcorani الجزو الثالث عشر *Pars decima tertia.* Caput hoc Meccense est, absolutum versibus 99. من قرا سورة الحجر كان له من الاجر عشر حسنات بعدد المهاجرين والانصار والمستهزيين بمحمد

Qui legerit Suratam Higher, præmium habet decem beneficiorum, juxta numerum eorum, qui Religionis causa fugerunt, aut Adjutorum (Muhammedis) *aut eorum, qui Muhammedem riserunt.*

XVI. سورة النحل *Caput de Apibus.* Meccense, exceptis tribus sub finem versiculis, habet versus 118. De variis Dei operibus, & animalibus, tandem etiam apibus & melle agit. Hanc qui legerit, لم يحاسبه الله بما انعم عليه في دار الدنيا وان مات في يوم تلاها او ليلة كان له من الاجر كالذي مات واحسن الوصية *Non numerabit ipsi Deus ea, quæ ei in hoc mundo contulit* (beneficia). *Si moriatur ea die, quâ recitavit eam, aut nocte, eam obtinet mercedem quam ille, qui in Testamento edendo officium fecit.*

XVII. سورة بني اسرايل *Surata de filijs Israël,* Meccensis (quidam tamen excipiunt nonnulla) versus habet 110. juxta Exemplar كوفي *Cuficum;* مدني Medinense verò III. Recitat statum Israelitarum, & calamitates, de Adamo, Resurrectione & variis legibus. *Ryeri* inscriptio habet, Voyage de Nuit, *Iter nocturnũ,* quod fecit

 Muham-

Muhammed Boraco (de quo *Hist. Eccl.* Sec. XIV. p. 649. & ipse *Ryer* Trans. Alcor. p. 187.) insidens. من قرا سورة بني اسرا يبل فرق قلبه عند ذكر الوالدين كان له قنطار في الجنة والقنطار الف اوقية ومايتا اوقية

Qui legit Suratam filiorum Israel, & emollitum fuerit cor ejus ad mentionem parentum suorum, habebit Centipondium in cælo; Est autem centipondium 1200. *Unciarum.*

XVIII. سورة الكهف *Surata speluncæ*, Meccensis (exceptis verbis; واصبر نفسك الذين يدعون ربهم بالغداة والعشي *Patientem te præbe cum iis, qui invocant Dominum suum manè* & vesperi) *versibus* absoluta 110. juxta Kuficum; quod meum, ab *Ahmed Ibn Ali*, alterum item *Nobiliss. D. Ezechielis Spanhemii*, quod Meccæ scriptũ existimatur, retinet. 105. *juxta* Medinense. Bibliothecæ Tigurinæ Beidavius habet 111. Fabulam VII. Dormientium reponit; quædam ex T.V. addit, de statu item post hanc vitam, Resurrectione, cœlo. من قرا سورة الكهف من اخرها كانت له نورا من قرنه الي قدمه ومن قراها كلها كانت له نورا من الارض الي السما *Si quis legerit Suratæ speluncæ postremam partem, erit ei luminis vice à capite ad* calcem, vel; (πρόσω καὶ ὀπίσω.) *Qui verò legerit totam, erit ei lumen à terra ad cælum.*

XIX. سورة مريم *Surata Mariæ*, Meccensis tota, excepto versu السجدة, versiculis absoluta 98. aut 99. De Maria, Filio ejus, cujus negat Deitatem; Patriarchis Abra-

Abrahamo, Enocho &c. من قرا سورة مريم اعطي عشر حسنات بعدد مــن كذب زكريا وصدق به ويحي ومريم وعيسي وساير الانبيا الــمــذكورين فيها وبعدد من دعي الله في الدنيــا ومن لم يدع الــلــه

Qui legerit Suratam Mariæ, accipiet præmium decuplum, pro numero eorum, qui mendacij arguerint Zachariam, & verificant eum; & Iohannem, & Mariam & Iesum, & reliquos Prophetas commemoratos in ea; & pro numero eorum, qui Deum in hoc mundo invocant, vel non invocant.

XX. سورة طه *Surata Th*; id est, ut *Gelaldinus* & alij explicant; per Rosche Thebhot Hebræorũ طوبي هوه *Beatitudo, & Infernus*. Beidavi, ex Dialecto Accæorum, يا رجل *ô vir*, *ὦ δεῖνα* explicat. Meccensis est, absoluta versibus 134. De Mose, Pharaone, adoratione hominis, Paradiso, ultimo die. Lector ultimo die obtinebit, ثواب المهاجرين والانصار ut supra N. XV.

XXI. سورة الانبيا *Surata Prophetarum*, Meccensis, versuum 12. in Kufico; 111. in Medinensi; De Prophetis, operibus Dei, Patriarchis, Prophetis, Regibus V.T. Zacharia, Iohanne, B.M. virgine, Gog & Magog. Lectori hujus Suratæ Deus se facilem præbebit in subducenda ratione.

XXII. سورة الحج *Surata peregrinationis Meccanæ*, Meccensis, exceptis sex versiculis; Aliâs versibus constat 78. بالاتفاق addit inscriptio exempl. Bibl.

Bibl. Civ. Tigur. Beidav. comment. illustrati, i.e. *consensu omnium.* Basileense verò exemplar Cufico tribuit 78. Medinensi 76. Lector tantundem aufert, quantum ille, qui ipse Meccam religiosè peregrinatus fuerit.

XXIII. سورة المومنين *Surata fidelium*; Meccensis, 119. versuum, juxta *Bazoræos.* *Medinense*, & Kuficũ exemplar habet 118. Cum Medinensi facit exempl. Bibl. Tigur. & Basil. Meum verò & Spanh. Cuficum, ut ferè aliâs in diversis illis versuũ distributionibus, sequitur. Surata differit de variis operibus Creationis & Providentiæ, Resurrectione, Natura piorum; piis & impiis. Lectori promittitur magnum, contra Angelum mortis, solatium; Imò decem versiculis tantam tribuit virtutem Pseudopropheta, ut si quis eos legerit, دخل الجنة *ingrediatur vitam æternam.* Initium est horum versuũ قد فلح المومنون ad finem decuriæ, cujus initium & finem ait esse, من كنوز الجنة *Ex thesauris Paradisi.* Tribus aliis versiculis summa conciliatur felicitas.

XXIV. سورة النور *Surata Lucis*, Medinensis. Inscriptio exemplaris Tigur. Bibl. habet; سورة النور

مدنية وهي ثلاثين اواربع وسبعون اية بالاتفاق

Surata lucis Medinensis, 73. aut 74. versuũ, ὁμολογουμένως. At Spanh. & meum exemplar اربع وستون 64. *versuum*, juxta Kuficum; Medinense verò 62. Argumentũ Suratæ desumitur ex analogia lucis cũ Deo. Multa habet moralia, & forẽsia de scortationis pœna, dicẽdq; testimonio, obedientia, modesto habitu, convivialibus legibus; pluvia item & aliis naturalibus. Lector (ut Muhamme-

dica

dicas has indulgentias, confusè sæpe conceptas, continuemus) deportat præmium decuplum بعدد كل مومن ومومنة فيما مضي وفيما بقي *juxta numerum cujusvis fidelis, præteriti & præsentis.*

XXV. سورة الفرقان *Surata Alphorkani*, i.e. Alkorani, Meccensis 77. versuum. De Authore Alkorani, Apologia pro Muhammede. Ultimus dies, Historiæ Patriarcharum, Opera quædam Dei, tam creationis, quàm Providentiæ. Lectori promittitur دخول الجنة *ingressus in vitam æternam*; بغير نصب absq; contradictione.

XXVI. سورة الشعرا *Surata de Poëtis*, quorum sub finem meminit; aliàs de Prophetis proliximis agit, Abrahamo, Mose, Hudo seu Ebero, Lotho, Iethrone. Meccensis est, quatuor exceptis Medinensibus; In exemplari Medinensi; meo etiam & Spanh. constat. 226. versibus at 227. in Cufico. Lectoris præmium est decuplum, pro numero من صدق بنوح وكذب به وهود وصالح وشعيب وابراهيم وبعدد من كذب بعيسي وصدق لمحمد *Eorum qui verificant Noachum &c.* Vide sup. p. 112.

XXVII. سورة النمل *Surata Formicæ*, versuum 93. in Cufico; 90. in Medinensi. De Mose, Davide, Solomone, formicis, quæ, ne à Solomone conculcarentur, metuerunt, Regina Sabæ, Lotho, Zalecho, ultimo judicio. Qui legerit hanc Surat. طس, (ita vocatur à prima voce, prout sequens طسم) كان له من الاجر عشر حسنات بعدد من صدق سليمن وكذب به وهود وصالح وابراهيم وشعيب ويخرج من قبره وهو ينادي لا اله الا الله *habe-*

habebit decuplum præmium juxta numerum eorum, qui habent rata Solomonis gesta, aut mendacij ea arguunt; & Hudi, & Zalechi, Abrahami, Schoaibi. Egressus ex sepulchro clamabit; Non est Deus, nisi Deus.

XXVIII. سورة القصص *Surata Historiarum*, 88. versuum, Meccensis, exceptis verbis الذين اتيناهم الكتاب الي قوله الجاهلين Varias Testamenti veteris repetit Historias, Mosis præsertim. Lectoris præmium

يعده من صدق موسي وكذب ولم يبق ملك في السماوات والارض الا شهد له القيامة انه كان صادقا

erit *juxta numerum eorum, qui vel fidem Mosi adhibent, vel derogant* (sensu videli. contrario; adeò ut eadem μέση vox عدد illic præmium; hîc pœnam notet, quòd & in præcedentibus hoc sensu erit intelligendum) *neque supererit* Angelus *in cælo, & terra, qui non ultimo ei die sit testimonium perhibiturus, esse eum justum.*

XXIX. سورة العنكبوت *Surata araneæ* (mala enim opera conferuntur ibi araneæ.) Meccensis, versuũ, 67. Ita constanter Cod. Tig. Spanh. meus. Sed Basil.

سورة مكية وروي عن قتادة ان اولها الي قوله وليعلمن المنافقين مدني *Surata Meccensis. Nomine Katadæ autem refertur, principium ejus ad verba*; Et notum faciet Apostatis, *esse Medinense*. Historiam Prophetarum T.V. repetit, de Ade, Themude, Alcorani præstantia, statu impiorum quædam interserit. Lectoris præmium

decu-

decuplum, juxta numerum كل المومنين والمنافقين *omnium credentium, & infidelium.*

XXX. سورة الروم *Surata Romæ*, Meccensis, exceptis verbis فسبحان الله حين تمسون versuum 59. aut 60. illos habet exempl. Medinense, hos Cuficum. Magni faciunt hoc caput, tanquam fatidicum de expugnando Romano Imperio. Multa postea subjungit tum Naturalia, tum moralia. Muhammed Lectori promittit decuplam mercedem; بعدد كل ملك سبح الله بين السماء والارض وادرك ماضيع في يومه وليلته *Iuxta numerum Angelorum, qui Deum laudant inter cælum & terram, & assequitur, quicquid die & nocte illa amisit.*

XXXI. سورة لقمن *Surata Locmani*, i.e. Æsopi, ut diximus *Hist. Orient.* p. 68. & deinc. Duorum aliàs meminit, qui hoc nomine venerunt, *Abulfeda*. Meccensis est; quidam tamen excipiunt versiculum, alij tres. Versus tribuuntur à quibusdam 34. ab aliis 33. Ita *Beidavi*. Exempl. Basil. سورة لقمان عليه السلام مكية سوي ثلاث ايات قوله تعالي ولو ان ما في الارض من شجرة اقلام الي اخر الثلاث ايات وهي ثلاث وثلاثون في المدني واربع وثلاثون في المكي وفي *Surata Locmani, super quo pax* (εὐφημία de qua *Hist. Orient.* p. 15.) *Meccensis, tribus exceptis versiculis, ut cùm dicit Excelsus* (Metonymicè sic Alkoranum

Q vulgò

vulgò appellant, quasi ab Excelso profectum) *Et si quicquid est in terra arborum, essent calami, ad finem trium versiculorum*; estque 33. versuum *in Medinensi*, 34. *in Cufico*. Lectoris socius erit die Resurrectionis Lokmanus, & mercedem accipiet decuplam, prout ille, من عمل بالمعروف ونهي عن المنكر *qui fecerit justum, & injustum prohibuerit.*

XXXII. سورة السجدة *Surata adorationis*, Meccensis, vel 30. vel 29. versuum. Historica habet & moralia. Qui Suratam hanc demurmuraverit domi suæ, لم يدخل الشيطان بيته ثلثة ايام *Non ingredietur domum ejus Satanas tribus diebus.*

XXXIII. سورة الاحزاب *Surata agminum*, sociorum ad oppugnandos Prophetas *conjuratorum*. Agit enim de suis adversariis. Quædam uxorum suarum privilegia explicat, suam Zeido restituit, cui Zeidus repudium misit. Meccensis est 73. versuum. Qui hanc vel legerit, vel familiam docuerit, اعطي الامان من عذاب القبر *datur ei securitas à pœna sepulchri.*

XXXIV. سورة سبا *Surata Sabæ*, (de Davide enim Solomone, & *incolis Sabæ*, sermo) Meccensis, exceptis, ut volunt quidam, verbis, والدين اوتوا العلم *Et quibus data est scientia*, &c. versuum 45. Βραβεῖον Lectori positum; لم يبق رسول نبي الا كان له يوم القيمة رفيقا ومصافحا *non erit Apostolus, neq; Propheta, quem non sit habiturus socium, & propitium.*

XXXV. سورة الملايكة *Surata Angelorum*, prout & Turcæ, qui Alcoranum explicant, inscribunt. Aliâs Caput de *Creatore*, Ryer, p. 289. Agit, de *Angelis* ab initio, tanquam Ministris Dei. Meccensis est 45. versuum

ſuum in Medinenſi, in Cufico 46. varia hiſtorica, moralia, naturalia habet, contra Idola, & Koreiſchitas. Lectori ſe patefacient ثمانية ابواب الجنة *octo portæ Paradiſi, ipſi verò, per eam, quacunque voluerit, patebit aditus.*

XXXVI. سورة يس *Surata Ias*; à prima voce ſic appellata. Quidã يس explicant يا انسان *ô homo*; vox clamantis Angeli. Moralia ferè habet. Meccenſis eſt, verſibus abſoluta: 82. in Medinenſi, quod meum hoc loco ſequitur; 83. in Cufico, *Bibl. Tig.* & *Spanh.* Vocatur, ab ipſo Muhammede hæc Surata قلب القران *Cor Alkorani*; unde & luculentiſſimum Lectori deſtinatum eſt præmium, quod ad ejus accedit remunerationẽ, qui قرا القران اثنين وعشرين مرة *Legit Alkoranum 22. vicibus. Muſelmannus, qui hoc abſolverit penſum, tempore mortis ſtipabitur Angelis*, يقومون بين يديه صفوفا يصلون عليه ويستغفرون له ويشهدون غسله ويتبعون جنازته ويصلون عليه ويشهدون دفنه *qui acie diſpoſiti pro eo orabunt, veniam ei precaturi; Aderunt lotioni ejus* (lavare enim mortuos ſuos ſolent) *& funeri ejus; precabuntur pro eo, præſentes ejus ſepulturæ*. Plura adhuc pollicetur cuivis fideli, hanc Suratam legenti: de quibus Beidavi.

XXXVII. سورة الصافات *Surata*, quâ initio jurat per *Ordines*, ſcil. Angelorum. *Ryer*: Surata ordinum. Meccenſis eſt 82. verſuum. In aliis exemplaribus 81. De Prophetis multa enarrat, & ultimo judicio. Lectoris merces decupla eſt, لعدد كل جني وشيطان وتباعدت مردة الشياطين وبري من الشرك وشهد له حافظاه يوم القيامة انه كان مومنا بالمرسلين

Ad numerum omnium Dæmonum & Diabolorum. Et recedet contumacia Satanæ. Ipse verò purus erit ab associatione, & testimonium ei perhibebunt custodes ejus die Resurrectionis, quòd sit ex ijs, qui Apostolis credunt.

XXXVIII. سورة ص *Surata* ص i.e. صدق *veritatis*; vel المصاداة in qua mentio ص ; vel تدكر فيها الص i.e. المعارضة *resistentiæ*. Meccensis est, versuum 86. in *Medinensi*; 88. in *Cufico*. *Basil*. At *Bibl. Tigur*. ست اوثمان وثمانون ايه 86. aut 88. Meum 88. De fato Prophetarum, qui mendacij fuerint insimulati: Iobo, Davide, ultimo judicio. Lectori præmium كان له بوزن كل جبل سخر الله لدود وعشر حسنات وعصمه ان يصر على ذنب كبير او صغير *dabitur, ad pondus cujusvis montis, quem in obsequium adegit Deus Davidi; & decem beneficia. Et habebit fulcrum, si inciderit in peccatum, magnum aut parvum.*

XXXIX. سورة الزمر *Surata agminum*. Sic dicitur quia loquitur de *Impijs* زمرا *catervatim* in infernum deducendis. Meccensis est, exceptis tribus versiculis قل ياعبادي &c. versuum 72. in *Medinensi*; 75. in *Cufico*. Ita *Basil*. At *Tig*. خمس او ثلثان وسبعون 73. aut 75. Præmium Lectoris; لم يقطع الله رجاه يوم القيامه واعطاه الله ثواب الخا يفين وعنه انه عليه السلام كان يقرا كل ليلة بني اسرايل والزمر

Non

Non præcidet ei Deus spem ejus die Resurrectionis, dabitque Deus retributionem piorum. Refertur de Muhammede, quòd singulis noctibus legerit Suratam filiorum Israelis, & hanc الزمر.

XL. سورة المومن *Surata fidelis*, Meccensis, versuum 84. juxta *Medinense*; 85. juxta *Cuficum*. Moralia ferè proponit; quædam de ultimo die, Prophetis V.T. contra Judæos, & Idololatriam. Qui hanc legerit Suratam, لم يبق روح نبي ولا صديق ولا شهيد ولا مومن الا صلى عليه واستغفر له *Non erit Spiritus Prophetæ, neque justi, neque Martyris, neque fidelis, qui pro eo non oret, aut veniam precetur.*

XLI. سورة السجدة *Surata incurvationis*, Meccensis, versuum 53. in *Medinensi*, 54. in *Cufico*. De operibus & judiciis Dei agit. Lector Suratæ hujus obtinet, بكل حرف عشر حسنات *Pro unaquaque litera decem beneficia.* In *Spanh.* exempl. vocatur, سورة غافر Ryer; Caput de *Explicatione*.

XLII. سورة عسق *Surata* عسق: Alias تسمى الشورى appellatur *Surata consilij*, quam inscriptionem *Ryer* retinuit. Meminit ejusdem exempl. *Tig. Basil.* In *Spanh.* فصلت ايمان Meccensis est versuum 55. in *Medinensi* 53. in *Cufico*, ut habet *Basil.* De Deo multa; operibus, proprietatibus, statu damnatorum. Lector كان ممن يصلي عليه الملائكة ويستغفرون له ويسترحمون له *erit ex eorum numero, pro quibus orabunt Angeli; pro eo veniam precabuntur, ejusdémque miserebuntur.*

 XLIII.

XLIII. سورة الزخرف *Surata variegatorum*, vel *ornamentorum*, quorum Deus author. Meccensis est, exceptis verbis وسل من ارسلنا versuum 89. Qui legerit hanc Suratam, كان ممن يقال له يوم القيامة يا عبادي لا خوف عليكم اليوم ولا انتم تحزنون *erit ex ijs, quibus dicetur die Resurrectionis, ô servi mei! Non erit super vos hodie timor, neque tristabimini.* Proponit infidelitatem suorum, ultimum judicium, Koreischitas, qui filias Deo tribuebant, increpat.

XLIV. سورة الدخان *Surata fumi*; diem enim talem prædicit. Hic verò quis futurus sit, inter eos disceptatur. Meccensis est, excepto versiculo انا كاشفوا العذاب versuum 65. in *Medinensi*, aut 59. in *Cufico*. De Israëlitis nonnulla, Koreischitis, ultimo judicio. Qui hanc legerit Suratam ليلة جمعة اصبح مغفورا له *nocte diei Veneris, surgit remissionem manè consecutus.*

XLV. سورة الجاثية Surata γονυκλισίας, sic Ryer. Arabes per الجامعة ζύναξιν reddunt. De ultimo judicio agit, quo homines congregādi erunt الجاثية i.e. الجامعة *conjunctim*. Unde Suratæ nomen. Meccensis est, versuum 36. aut 37. at in meo exempl. 39. Qui legit hanc Suratam, ستر الله عورته وسكن روعته يوم الحساب, *Tegit Deus verenda ejus, tranquillat metum ejus die rationis* (i.e. ultimo judicio.)

XLVI. سورة الاحقاف *Caput tumulorum arenosorum* i.e. habitaculorum filiorum Adi. Vallis est ad fines Ara-

Arabiæ. Nomen habet ab Historia Ad & Temud, de quo Hist. Orient. p. 31. Lectori Suratæ يكتب له عشر حسنات بعدد كل رملة في الدنيا *adscribuntur ei decem præmia, juxta quodvis arenæ granum in mundo.*

XLVII. سورة محمد *Surata Muhammedis*; alias; القتال *Pugnæ*, quod *Ryer* retinet. Medinensis, juxta alios Meccensis. In meo exemplari neutrius fit mentio. *Spanhem.* Medinensis. Authoritatem ferè suam contra Apostatas defendit. Qui legerit hanc Suratam, كان حقا على الله ان يسقيه من انهار الجنة *Iure* (prop. Deo incumbit vi justitiæ) *tali Deus potum præbebit ex fluminibus Paradisi.*

XLVIII. سورة الفتح *Surata apertionis.* نزلت في مرجع النبي من الحديبيا *demissa est, cùm rediret Propheta Hadibiâ.* Contra Arabes sui temporis, adversarios infensos, calamum potissimum stringit. Ryeri inscriptio habet, *de la Conqueste.* Medinensis est versuum 29. & promissionem contineri volunt de *apertione* i. e. expugnatione & recuperatione Meccæ, quæ فتح dicitur. Huic *Beid.* nullam subjicit mercedem.

XLIX. سورة حجرات *Surata velorum*, seu *septorum.* Occasio nata ex colloquio, habito cum Muhammede, interjectis ejusmodi vel septis, vel velamentis, vel muris (ita enim quidam Arabes sumunt) quod improbat. Medinensis est, versuum 18. Suam præ aliis dignitatem commendant, & à calumnijs dehortatur. Lectoris præmium est decuplum بعدد من اطاع الله وعصاه *juxta numerum eorum, qui Deo vel se præbent obedientes, vel inobedientes.*

XL.

XL. سورة ق *Surata* ق i.e. قضي الامر *de decretis, fatis sententijs*. Alij verò ق volunt esse nomen *montis*, per quem Muhammed jurat; vel per literam ق. De ultimo judicio & Resurrectione agit. Meccensis est 45. versuum. At *Basil.* خمسون واربع 54. Qui legit hanc Suratam; هون الله عليه تارات الموت وسكراته *ejus faciles reddit Deus impetus mortis, & potus ejus.*

LI. سورة الذاريات *Surata per* VENTOS, scil. dispergentes, jurat. *Rier.* Montes. Priorem versionem probat *Beidavi*. Meccensis est versuum 60. بالاتفاق *sine contradictione*, habet exempl. *Tig.* At *meum* سبعون 70. Exemplis eorum, qui cùm Prophetas suos mendacij insimulâssent, pœnas dederunt, suos officij monet. Lectoris præmium est decuplum بعدد كل ريح هبت وجرت *juxta numerum cujuslibet venti spirantis & currentis.*

LII. سورة الطور *Surata montis*. Vocem Syriacam ܛܘܪܐ Beidavi agnoscit, cui respondet Arab. جبل Iurat per *montem Sinai*, qui, ut ait Beidavi, est جبل بمدين *mons Midian*. Meccensis est, 47. aut 48. exempl. *Tigur.* 48. aut 49. versuum. Explicat rationem ultimi judicij & vitæ æternæ. Deum iterum jure teneri volunt, ut eum qui legerit hanc Suratã يومنه من عذابه وان ينعمه في جنته *tutum eum reddat à pœna ejus, & benefaciat in Paradiso ejus,*

LIII. سورة النجم *Suratâ stellæ*; per quam jurat. Meccensis est, versuum 61. juxta *Medinense*; aut 62. juxta

juxta *Kuficos*. *Exempl. Tig.* بالاتفاق *absque contradictione*. At *meum*, ستون اية 60. Mentitur, apparitionem sibi Gabrielis factam; de Resurrectione, & Idololatris Koreischitis. Lectoris præmium, sunt عشر حسنات بعدد من صدق بمحمد وجحد به بمكة *decem beneficia juxta numerum, qui vel fidem Muhammedi adhibuerunt, vel eandem denegârunt Meccæ.*

LIV. سورة القمر *Surata Lunæ*, quam miraculosè scissam fingit Pseudopropheta, suósque hac occasione hortatur Arabes, ne aliorum populorum imitatione obstinati sint aut contumaces. De Lotho, Noacho, Ado; Themude, Pharaone. Meccensis est 55. versuum. Lectori resuscitatio propitia à mortuis promittitur.

LV. سورة الرحمان *Surata misericordis*. A prima voce nomen habet. Agit de operibus Dei, vita & morte æterna. Dubitant, sitne مدنية مكية او متبعضة *Medinensis, Meccensis, aut divisa? Meum* exempl. Meccensem inscribit, ut & *Spanhem.* Versus tribuuntur in *exempl. Tig.* & meo 76. *Spanhem.* 77. *Basil.* سبعة وسبعون اية في المدني وثمان في الكوفي 77. in *Medinensi*, & 78. in *Cufico*. Qui hanc legerit Suratam ادي شكر ما انعم الله عليه *Gratias egit pro eo, quod ei Deus benefecit.*

LVI. سورة الواقعة *Surata irruentis*, scil. ultimi judicii, Meccensis est versuum 99. in *Medinensi*, in *Cufico* 96. meo 97. *Spanhem.* 98. de Resurrectione & ultimo

judicio. Lectori كل ليلة لم يصبه فاقة *nulla nocte obtinget necessitas.*

LVII. سورة الحديد *Surata ferri.* Sit ne Meccensis, an Medinensis ignorant. Exemp. *Tig.* مدنية وقيل مكية Alia exemplaria Medinensem inscribunt : Ita *meum.* *Spanh.* Meccensem; versuum 29. بالاتفاق *sine contradictione,* Exempl. Tigur. At *Basil.* 28. in Medinensi, 29. in Cufico , quem numerum Spanh. & *meus* sequuuntur Codices. Opera Dei enarrat , ferrum præsertim quoddam cælitus delapsum. Lector refertur inter eos, qui امنوا بالله ورسله *credunt in Deũ & Apostolos ejus.*

LVIII. سورة المجادلة *Surata Elenctica* , seu *contentiosa.* Lis inter Muhammedem & *Arabes* quædam , qui hac formula على انت كظهر امي *tu mihi ut dorsum matris meæ* , suis uxoribus repudium mittebant. Habet etiam νουθεσίας quasdã & moralia. Meccensem vocant exemplaria *Spanh.* & *meum.* At in *Tigur.* cum Comment. Beid. مدنية وقيل العشر الاول مكية والثاني مدني *Medinensis* , *alij tamen volunt* , *primam Decadem esse Meccensem; secundam Medinensem.* Versibus constat 21. in Medinensi ; 22. in Cufico. Lector die Resurrectionis annumerabitur لحزب الله *populo Dei.*

LIX. سورة الحشر *Surata dispersionis* , vel exilij. Enarrat dispersionem judæorum primam in Syriam ; accedit ad المهاجرين *socios fugæ religiosæ*; addit quædam de Attributis Dei. Medinensis est 24. versuum. Lectori غفر الله له ماتقدم من ذنبه وماتاخر *remisit Deus peccata antecedentia & consequentia.*

LX. سورة الممتحنة *Surata explorationis.* Alij Muham-

hammedanorũ Doctores *caput vocationis* appellant. Iubet mulieres illas, quæ, recepturæ leges & jugũ Muhammedicum, viros deserunt, explorare, ut, quo animo sint & intentione sibi constet. Si fideles sint, permittit earum Conjugium; plura de Exulibus. Medinensis est 13. versuum. Lectoris كان له المومنون والمومنات شفعا يوم القيامه *erunt fideles utriusque sexus intercessores, die Resurrectionis.*

LXI. سوره الصف *Surata Ordinis:* Iubet enim pugnare in via Dei صفا *ordine.* Meccensis est, versuum 14. Ita *Tig.* & *Spanh. Basil:* سوره الصف مدنيه وقيل مكيه اربع عشر ايه في عددين *Surata Ordinis Medinensis, juxta alios Meccensis, 14. versuum in utroque* (Medinensi & Cufico) *exemplari. Meum* inscriptionem omittit. Pauca tractat Historica, de Christo, vocanta discipulos, Mose: reliqua moralia. Qui legerit hanc Suratam كان عيسي مصليا عليه مستغفرا له مادام في الدنيا وهو يوم القيامه رفيقه *Pro eo orat Iesus, & veniam ei implorat quam diu fuerit in mundo; Ultimo autem die erit socius, sive adjutor ejus.*

LXII. سوره الجمعه *Surata Congregationis.* Iubet enim illos diebus Veneris, qui propterea يوم الجمعه *dies congregationis* vocatur, convenire. Medinensis dicitur, juxta exempl. *Tig. Basil. Spanh.* Meccensis juxta *meum*; versuũ constanter est 11. Multa contra Judæos sui seculi habet. Lectori destinata sunt decem præmia, بعدد من اتي الجمعه ومن لم ياتها في امصار المسلمين *pro numero ejus qui vel frequentat Conventus die Veneris, vel negligit in districtu Muselmannorum.*

LXIII. سورة المنافقين *Surata impiorum, Apostatarum*, qui ore præ se ferunt, quasi Muhammedem agnoscerent Prophetam, revera tamen negant. Medinensis est 11. versiculorum. Lector بري من النفاق *ab impietate immunis est.*

LXIV. سورة التغابن *Fraudationis.* Ultimum sic diem appellat; de cujus ratione consuli poterunt notæ *Erpenij* in hanc Suratam. Meccensis dicitur in *meo* & *Spanhem.* exempl. *Tig.* مختلف فيها *Controvertitur de eo. Basil.*

سورة التغابن مكية وقال قتادة كلها مدنية

وقيل خمس ايات من اخرها مدنية وهي ثماني عشرة اية

Surata defraudationis, Meccensis. Ketada dixit; Totam esse Medinensem; alij, posteriores versiculos Medinenses esse. Constat autem versibus 18. De ultimo judicio & consequentibus agit, interspersis quibusdam moralibus. Lectoris præmium دفع عنه موت الفجا

LXV. سورة الطلاق *Surata divortij*; hanc enim materiam, rationem repudiandi uxoris, lactandi infantes, conceptionis explorandæ, tractat; Medinensis, undecim versiculorum, juxta meum exemplar, aut 12. juxta reliqua omnia. Lector مات على سنة رسول الله *morietur more Apostoli Dei.*

LXVI. سورة التحريم *Surata interdicti*: Prohibet enim usum mellis; Medinēsis est vers. 12. in uxores potissimum, & infideles directa. Qui legerit Suratam hanc, اتاه الله توبة نصوحا *Donabit eum Deus pœnitentia copiosa.*

LXVII.

LXVII. سورة الملك *Surata Regni*, Dei scil. & potentia, quâ variis in immorigeros modis animadvertere potest. Dicitur etiam الواقية والمنجية لانها تقي تنجي قاريها من عذاب القبر *Custodiens & eripiens, quia custodiet & liberabit lectorem à pœna sepulchri*, quam Hebræi חבוט הקבר percussionem sepulchri vocant. Meccensis inscribitur 30. versuum in *Cufico* nempe, in *Medinensi* verò 31. Lector perinde habetur, ac si vixisset ليلة القدر *Nocte potentiæ*.

LXVIII. سورة النون *Surata Piscis*. Ita, juxta Tig. exemplar. Unde *Beidavi*; قيل اسم الحوت والمراد به الجنس او البهموت *Dicunt quidam esse nomen piscis*; *& sic generale erit. Aut Behemoth*; sic ex Job. c. 40. 10. Balænam vocant Hebræi, quod ab illis Arabes, mutuârunt. *Meum* exemplar سورة ن *Surata Nun*, literæ scil. Unde Beid. ن من اسما الحروف *Nun ex nominibus literarum*. Alij atramentum, alij tabulam, quibus Angelos volunt *consignare mãdata Dei*, intelligũt. Alij verò hanc Suratã inscribunt سورة القلم *Suratam calami*. Ita Codex *Basil.* & *Spanhem.* &, teste *Ryer*, plerique Doctores Muhammedici. Meccensis est versuum 52. Omnino juramentum est per literam Nun & calamum, Pseudoprophetæ minimè insolens. Pœnam suis, nisi obediant, minitatur. Lector idem habebit præmium cum illis الذين احسن الله اخلاقهم *quorum pulchros Deus reddidit mores*.

LXIX. سورة الحاقة *Surata veritatis*; alij *judicij*.

 Unde

Unde *Beidav*. per ساعة *horā* reddit, quo nomine dies ille magnus, sive Criticus venit. Etiā jurandi formula est, petita à certitudine ultimi judicij. Pœnas tam temporales, quàm æternas infidelium variè describit; differentiam item piorum & impiorum; inserta fabula de Ado & Themude. Lector facilem habebit Deum, cùm rationem ab ipso exegerit. حاسبه الله حسابا يسيرا

LXX. سورة المعارج *Surata graduum*. Iurat per gradus, vel ذي المعارج *graduatū*, ut ita loquar, quæ tamē nomenclaturæ ratio planè incerta est & ambigua. *Ryer* vertit; *Montée*, simpliciter. Meccēsis est 44. versuū. Moralia ferè tractat, additis impiis, minis ultimi judicij. A primis capitis vocibus vocatur etiam Surata سال سايل. Lectoris præmium idem est cum iis, الدين هم لامانتهم وعهدهم راعون *qui fidem & fædus eorum custodiunt*.

LXXI. سورة نوح *Surata Noachi*, continet enim Concionem Noachi ad populum. Meecensis est, versuū ثمان او تسع وعشرون 28. vel 29. ita *Tig*. At *Basil*. ثلاثون ايه في المدني وثمانيه وعشرون في الكوفي 30. *versuum in Medinensi*; 28. *in Cufico*. Spanhem. 28. meum 29. Lector Suratæ hujus كان من المومنين

الدين تدركهم دعوة النبي عليه السلام.

quasi esset ex eorum fidelium numero, qui assecuti sunt vocationem Prophetæ: i. e. qui vocationem Muhammedis vivendo attigerunt.

LXXII. سورة الجن *Surata Dæmonum*, alij, *spirituum*. Fingit enim etiam Diabolos audivisse lectionem Alko-

Alkorani. Authoritatem ſuam defendit. Meccenſis eſt 28. verſuum. Qui Suratam hanc legerit; كان له بعدد كل جني صدق محمد وكذب به عتق رقبة *juxta numerum omnium Dæmonum, qui Muhammedis geſtis fidem vel adhibent, vel detrahunt, imputabitur ei redemtio mancipiorum.*

LXXIII. سورة المزمل *Surata veſtibus involuti,* Muhammedis nempe, ut diximus *Hiſt. Orient.* p. 11. Continet preces Pſeudoprophetæ nocturnas; Immorigerorum exempla proponit: Opera urget. Meccenſem eſſe habet exempl. *Tig. Spanhem. meum.* At *Baſil.* سورة المزمل مكية ستة اية نزلت بالمدينة وهي قوله تعالى ان ربك يعلم انك تقوم وهي ثمان عشر اية في المدني وعشرون في الكوفي *Surata* Mozzamel, *Meccenſis eſt. Sex tamen verſus Medinæ delapſi ſunt, nempe cùm dicit Excelſus.* Utique in te &c. *Verſibus conſtat* 18. *in Medinenſi exemplari; in Cufico* 20. Meum exemplar 27. Tig. 19. aut 20. Spanhem. 20. Qui legerit hoc caput رفع الله عنه العسر في الدنيا والاخرة *aufert ab eo Deus difficultatem in hoc & futuro ſeculo.* Ryer vertit, *Caput Timidi.*

LXXIV. سورة المدثر *Caput involuti,* ſtoreis nempe, ad aſpectũ Archangeli Gabrielis. Ita Epilepticus malum ſuum celare potuit, ſpecioſo religionis fuco. Vide *Hiſt. Orient.* p. 11. Agit de pœna impiorum & hoſtium. Meccenſis eſt 56. verſuum in Cufico, in Medinenſi 55. Lectori præmium idem eſt cum ſuperiori 53. totidem ferè verbis repetitum.

LXXV. سورة القيمة *Surata Resurrectionis*. Tota enim ſtatum ultimi judicij deſcribit. Meccenſis eſt, verſuum 39. juxta Medinenſes; 40. Cuficos. Bibl. Tig. Spanh. ponit ſimpliciter 39. meum 36. Qui hoc caput legerit,

شهدت له انا وجبريل يوم القيامة انه كان مومنا به

Ego (inquit Muhammed) *& Gabriel teſtabimur ultimo die, quòd ei fidem adhibuerit.*

LXXVI. سورة الانسان *Caput hominum*, ut exempl. Tig. & Ryeri habent; meum & Spanh. سورة الدهر *Surata generationis*; de vita & morte æterna agit. Meccenſis eſt verſuum 31. في العدد تمن *Iuxta utriuſque exemplaris numerum*; meum ponit 30. Ab initialibus vocibus dicitur هل اتي *Num venit?* Unde in deſignatione præmij. من قرا سورة هل اتي كان جزاوه علي

الله جنة وحريرا *Qui legerit Suratam*; Num venit? *retributio ejus apud Deum eſt hortus & ſericum.*

LXXVII. سورة المرسلات *Surata mittentium*. Formula jurandi. Beidavi explicat طوايف من الملايكة ارسلهن الله باوامره *ordines Angelorum, quos cum mandatis ſuis miſit Deus*. Alij intelligunt ايات القران *verſus Alkorani*. Alij aliud. Meccenſis eſt 50. verſuum. Lectorem Deus referet in Catalogum eorum, qui non ſunt من المشركين *ex aſſociantibus.*

LXXVIII. سورة النبا *Surata nuncij*, de Reſurrectione videl. de qua Muhammed rogabatur. Probat hac Surata Reſurrectionem ex operibus Creationis. Meccenſis eſt

est versuum اربعون 40. بالاتفاق *omnium consensu.* Lectori سقاه الله برد الشراب يوم القيامه *potum frigidum dabit die Resurrectionis.*

LXXIX. سوره النازعات *Surata auferentium*, extrahentium scil. vel ventorum, vel ملايكه الموت فانهم ينزعون ارواح الكفار من ابدانهم *Angelorum mortis. Detrahunt enim animas infidelium corporibus eorum.* Iurat iterum impotens homo. Miscella est hæc Surata de ultimo judicio, Mose & Pharaone; impotentia hominum, omnipotentiæ Dei apposita. Lector erit كان ممن حبسه الله في القيمه حتي يدخل الجنه قدر صلاة مكتوبة *Ex iis quos retinebit Deus tempore resurrectionis, usque ingrediatur Paradisum, spatio precum scriptarum.*

LXXX. سوره عبس *Surata* عبس ita dicitur à voce initiali. Ryer vocat *Caput Cæcorum*, quam inscriptionem habet exempl. *Spanhem. Beidavi* & alij, resolvunt vocem hanc in alias الاي جاء الاعمي *Nunc accessit ipsum cæcus.* Alij tamen sumunt verbaliter عبس pro *tristari.* Meccensis est versuum 41. Ita Tig. & meum. Spanhem. 30. Basil. 42. اثنتان واربعون ايه مكيه في العددين *versus, Meccensis, juxta utrumque exemplar.* Agit de providentia Dei universali, & ultimo judicio. من قرا سورة عبس جا يوم القيمة ووجه ضاحك مستبشر *Qui legerit Suratam* عبس (alludit ad significationem verbi) *ubi venerit judicij, vultus ejus ridebit lætus.*

LXXXI. سورة التكوير *Surata rotationis, circumvolutionis*. Ita habet exempl. Tig. Baſ. Spanh. Ita etiam vertit Ryer. Medinenſis eſt 29. verſuum; Ultimum judicium deſcribit. Qui eam legerit, اعاذه الله من ان يفضحه حين ينشر صحيفته *Cavebit Deus, quo minus fiant manifeſta* (opera mala) *cùm explicabuntur libri ejus*.

LXXXII. سورة الانفطار *Surata Sciſſionis*, à prima voce, اذا السما انفطرت *cū fiſſi fuerint cæli*. περίφρασις ultimi diei. Agit de judicio, vita & morte æterna. Meccēſis. eſt 19. verſuum. Lector tot obtinet beneficia, quot ſunt قطرة من السما *ſtillæ de cælis, & ſepulchra &c*.

LXXXIII. سورة المطففين *Caput fraudulenter verſantium* circa menſuras & pondera. Hanc infamiam Beidavi tribuit Medinenſibus. Vulgò habetur *Meccana*; ſed Baſ. monet مختلف فيها *de illo controverti*. Tribuuntur ei verſus 36. Spanh. 32. Invehitur in Medinenſes fraudulentos, tradit quædam de libris bonorum & malorum operum. Lectori سقاه الله من الرحيق المختوم يوم القيمة *potum Deus præbebit ex generoſiſſimo vino obſignato, die Reſurrectionis*.

LXXXIV. سورة الانشقاق *Surata diruptionis*. i.e. اذا السما انشقت *cùm cæli ſciſſi fuerint*. περίφρασις ultimi diei, quem deſcribit. Meccenſis eſt 25. verſuum, ut habet exempl. Tig. Spanh. meum. At Baſ. مدنية Medinenſem vocat. Lector obtinebit, ut in aſylum Dei receptus, accepturus ſit كتابه وراطهره *librum ſuum à tergo*. Intelligit librum operum, ne intuitu ejus confundatur.

LXXXV. سورة البروج *Surata caſtellorum*, ſignorum Zodiaci, per quæ jurat. Pœna eorum, qui affligunt fideles;

les; recenset Dei opera, Themudis Historiã. Meccensis est 22. versuum. Lectoris præmium يعدد كل جمعة وغرفة تكون في الدنيا عشر حسنات

LXXXVI. سورة الطارق *Surata stellæ lucentis* i.e. زحل *Saturni*, per quem jurat. Meccensis est 19. versuum. Basil. Tig. 17. Ex Creatione Resurrectionem probat. Lectori Deus اعطا يعدد كل نجم في السما عشر حسنات *Impertitur pro numero omniũ stellarũ in cælo, decẽ benef.*

LXXXVII. سورة سبح *Surata* LAUDA, nempe Dei nomen. Aliâs inscribitur الاعلى *altißimi*. Utraque inscriptio ex primo versu petita. Meccensis, versuum 19. agit de potentia Dei, & altera vita. Qui legerit hanc Suratam اعطاه الله عشر حسنات يعدد كل حرف انزله الله على ابراهيم وموسى ومحمد *Dat ei Deus decem beneficia, pro numero cujuslibet vocis, quam demisit Deus super Abrahamum, Mosen, & Muhammedem.*

LXXXVIII. سورة الغاشية *Surata obruentis*, calamitatis scil. Ultimum diem intelligit, de quo agit, gaudio item beatorum, & pœna damnatorum. Meccensis est 26. versuum. Lectori حاسبه الله حسابا يسيرا *facilis erit Deus in subducenda ratione*. Gelald. inscripsit *Suratã judicij*.

LXXXIX. سورة الفجر *Surata auroræ*, per quam jurat. Meccensis est 30. versuũ. Tig. 29. Spanh. 22. من قرا سورة والفجر في الليالي العشر غفر له ومن قراها في ساير الايام كان له نورا يوم القيمة *Quisquis legerit Suratã* PER AURORAM *noctibus Aschara* (intelliguntur tres dies sive noctes hoc nomine mẽsis Lunaris, post تسع, vid. Lexicõ Golij R. تسع) *remißionẽ consequitur peccatorũ: qui verò legerit eã in reliquis diebus, erit ei lux die Resurrectionis.* Historiã Adi & Temudis; de honorãdis orphanis, ultimo judicio.

XC. سورة البلد *Surata Regionis*, ſcil. Haram, per quam Pſeudopropheta jurat, Meccenſis 20. verſuum; De miſeria hominis; pauperibus ſubveniendum. Lectori Suratæ dabit Deus الامان من غضبه يوم القيمة *ſecuritatem ab ira ſua die Reſurrectionis*.

XCI. سورة الشمس *Surata Solis*, per quem jurat, Meccenſis 15. verſuum في المدني والكوفي in Medinenſi & Cufico exemplari. De Sole, Luna, die, Themude, quædam perplexis recitat verbis. Lector Suratæ æſtimatur,

كانما تصدق بكل شي طلعت عليه الشمس والقمر

quaſi eleemoſynæ loco erogaret, quicquid ſol & luna colluſtrant.

XCII. سورة والليل *Surata* PER NOCTEM, Meccenſis 21. verſiculorum; de hominum, morúmque eorum varietate. Qui legerit hanc Suratam اعطاه الله حتى يرضى وعافاه من العسر ويسر له اليسر *Dat ei Deus donec acquieſcat, liberatus à difficultate, eíque omnia reddit facilia*.

XCIII. سورة الضحى *Surata orientis ſolis*, vel orti ſolis. Beidavi enim ſic explicat: وقت ارتفاع الشمس

وتخصيص لان النهار يقوى فيه او لان فيه

كلم موسى ربه والقى السحرة سجدا

Tempus elevati Solis. In ſpecie autem hic adhibetur, quia lux tum prævalet; aut quia eo tempore locutus eſt Moſes cum Domino ſuo, & dejecit Magos, ut ſe incurvarent. Orphanorum curam potiſſimum habet, poſtquam queſtus eſſet, à Gabriele Archangelo ſe diu non eſſe ſalutatum.

tum. Meccensis est 11. versuum. Lectoris Advocatus erit Muhammed, & præmium decuplum; pro numero كل يتيم وسايل *orphanorum & mendicorum.*

XCIV. سورة الم نشرح *Surata, annon dilatavimus tibi cor.* Inscriptio petita ab initialibus vocibus. Ænigmata, quæ commentar. respectu ad certam Historiam explicant, apparitione facta Muhammedi per Gabrielem. Meccensis est 8. versuum. *Muhammedis judicio*, qui legerit hanc Suratam فكانما جاني والما مغتم ففرح *perinde est, ac si quis contristatum me accederet, & lætitia me afficeret*; inquit Pseudopropheta.

XCV. سورة والتين *Surata per ficum* (pergit jurando per creaturas, ut vel hinc appareat, quo ductus fuerit spiritu, & quàm frequentes fuerint illæ jurandi apud Orientales formulæ, à quibus nos Christus dehortatur *Matth.* 5.) Spanh. & meum exempl. vocant Meccensem; at Tig. مختلف فيها *de eo non convenit.* Versus habet 8. De creatione hominis, eorum diversis operibus.

Lectori اعطاه الله العافية واليقين مادام حيا واذا مات اعطاه الله من الاجر بعدد من قرا هذه السورة.

Dabit ei Deus remissionem & rectitudinem, quàm diu vixerit. Et cùm mortuus fuerit, dabit ei Deus mercedem, juxta numerum ejus, qui hanc Suratam legerit i.e. quotquot eam legerint.

XCVI. سورة العلق *Caput sanguinis concreti, coagulati*, è quo homines creantur i.e. nascuntur. Alij (Ryer Beidaviũ inter eos refert, quod tamen in exemplari meo non occurrit) inscribunt Suratam *Lectionis*. Meccensis

est 19. versuum. وهي اول سورة نزلت وقيل الفاتحة وثم هذه *Prima hæc Surata est, demissa. Alij dicunt Suratam Apertionis, & postea hanc.* Obscurè indicatur Historia Muhammedis & Abi Ghaheli, de qua Beidav. Qui hanc legerit Suratam, tantum meretur, quantum qui, قرا المفصل كله *Legerit totum Mofzel* i.e. Alkoranum, ita enim hoc loco vocem hanc sumendam existimo; pro ut eadem ratione فرقان *Phurkanum*, distinguentem inter verum & falsum, nuncupât.

XCVII. سورة القدر *Surata potentiæ.* Agit de Nocte potentiæ, qua Alkoranus fuit demissus; quanquam quid per demissionem intelligatur, inter Muhammedanos nondum conveniat. انزاله فيها بان ابتدا بانزاله فيها او انزله جملة من اللوح الي السماء الدنيا على السفرة كان جبريل ينزله على رسول الله نجوما. *Demissio in ea facta est, quia demissionis initium in ea factum; Aut demisit totum ex Tabula in cælum inferius* (prop. hujus mundi) *super mensam; postea Gabriel demisit ea super Apostolum Dei, definitis vicibus.* Nempe non vident, quomodo antilogiam, qua alibi dicitur Muhammedem sigillatim singula accepisse, concilient. Meccensem vocat meum exemplar. Spanh. ἀνεπίγραφον, Bibl. Tig. مختلف فيها *de loco controverti.* Versibus absolvitur 5. Lector eandem remunerationem ac si صام رمضان *Iejunâsset mense Ramadan.*

XCVIII. سورة البينة *Surata explicationis*, petita inscriptio ex fine 2. & 4. versiculi. Alij à primis vocibus الم يكن inscribunt. *Ryer*, instructionem vertit Arab. per بينة intelligunt الرسول والقران *Apostolum & Alko-*

Alkoranum. De officio Arabum suorum, quos vocavit; Idololatrarum & infidelium pœna, bonorum operum retributione. Meccẽsis habetur vulgo. Ita Codex Spanh. meus. Ryer, Medinensem appellat; Bib. Tig. مختلف فيها *disceptatur de eo*. Versus habet 8. Lector ultimo judicio erit من خير البرية *ex optimis creaturis*.

XCIX. سورة الزلزلة *Surata terræ motus*, qui futurus est ultimo die عند النفخة الاولى او الثانى *ad inflatum tubæ primum vel secundum*. Meccensis, juxta Spanh. & meum. Ryer, Medinensis. Basil. مدنية وقيل مكية *Medinensis; alijs Meccensis*. Bib. Tig. مختلف فيها *Controvertitur de eo*. Versibus constat 9. من قرا اذا زلزلت اربع مرات كمن قرا القران كله *Qui legerit Suratam* اذا زلزلت *quater, perinde est, ac si legisset totũ Alkoranũ*.

C. سورة العاديات *Surata per Equos* bellatores (Beid. خيل الغزاة) festinantes præcæteris ad pugnam. Ryer simpliciter, *Equus*. Alij *reditum*, aut *redeuntes* interpretantur. Dissolutæ scopæ, & mera verba, longorum commentariorum indigna. Meccensis dicitur in Cod. Spanh. & meo. Medin. in Basil. Meccensis & Medinensis vocatur à Ryer; Tigur. مختلف فيها *disceptatur de eo*. versuum octo in Medinensi, & novem in Cufico. Lector deportat præmiũ decuplũ بعدد من ياتي المزدلفة وشهد جمعا

CI. سورة القارعة *Surata calamitatis, adversitatis, q.* percellentis, commoventis. Epitheton *ultimi judicij*, cujus descriptionem suppeditat. Meccensis est versuum 8. 11. juxta Cuficos; aut 10. juxta Medinenses. Spanh. Codex tantùm 8. numerat. Qui legerit hoc caput; ثقل الله بها ميزانه يوم القيمة *Eadẽ, Resurrectionis die, Deus deprimit bilancem ejus*.

CII.

CII. سورة التكاثر *Surata πλεονεξίας*, studij abundandi, *contentionis de multitudine*. Nata, occasione contentionis inter filios Monaphi & filios Schami , qui تفاخروا بالكثرة *in multitudine gloriam quæsiverunt*: quibus mortis certitudinem , & sepulchrum opponit. Meccensem esse habet Ryer Cod. *Spanh. meus, Basil.* At *Tig.* مختلف فيها *Controvertitur de eo.* Lectori لم

يحاسبه الله بالنعيم الذي انعم به عليه في

دار الدنيا واعطي من الاجر كانما قرا الف اية

Non imputabit ei Deus beneficia , quibus affecit eum in hoc mundo, & dabit præmium, ac si legisset 1000. *versus.*

CIII. سورة والعصر *Surata per vesperam, vel tempus pomeridianum*. Iurat per vesperam, vel صلوة العصر *preces vespertinas* ; او بعض النبوة *aut aliquam Prophetiam*; aut ipsum tempus. Meccensis est 3. versiculorum.

Lectori غفر الله وكان ممن تواصي بالحق وتواصي

بالصبر *Peccata Deus remittit; & est ex ijs, qui sibi invicem veritatem commendant, & patientiam.*

CIV. سورة الهمزة *Surata fracturæ*. Ita enim Beid. explicat. Alij *persecutoris*; *Diffamator* etiam reddi potest, vel *diffamatrix*. Cui translationi favet occasio, quam Muhammed prætendit, ex Achnascho fil. Scharik, aut Valido fil. Mogeiræ, qui clam detraxerunt ipsi. Meccensis est 9. versuum juxt *Tig. Basil.* Septem Ryer, *Spanh.* Quinque *meum*. Lectori præmium decuplum est بعدد

من

من استهزا بمحمد واصحابه *Iuxta numerum eorum, qui Muhammedi & sociis ejus irriserunt.*

cv. سورة الفيل *Surata Elephantum,* vel *sociorum elephanti.* Ad Historiam alludit, quæ dicitur accidisse في السنة التي ولد فيها *anno quo Muhammed natus fuit.* Eam Beidavi recitat eo ferè modo, quo ex Pocokio inseruimus *Disput. de Sabbatho Mariano* p. 20. Meccensis est 5. versiculorum. Lectorem custodit Deus ايام حياته من الخسف والمسخ *omnibus vitæ diebus à distinctione & mutatione in deteriorem formam.*

cvi. سورة قريش *Surata Koreischitarum.* Breviter complectitur beneficia Dei Koreischitis præstita. De Etymologia vocis *Beidavi* قريش ولد النضر بن كنانة منقول من تصغير قرش وهو دابة عظيمة في البحر تعبث بالسفن ولا تطاق الا بالنار وشبهوا بها لانها تاكل ولا توكل وتعلو ولا تعلي *Koreisch filius Nadri, fil. Kinanæ. Desumtum à diminutivo* τῶ قرش *quod notat* bestiam magnam maritimam, *quæ navibus se applicat; nec superari potest nisi igni. Assimilantur autem illis, quia devorant & non devorantur; superant & non superantur.* Meccensis est versuum 4. in Medinensi, 5. in Cufico. Lector habet عشر حسنات بعدد من طاف بالكعبة واعتكف بها *Decem beneficia, pro numero ejus, qui obiit templum Meccanum, & ibidem religionis ergo se continuit.*

CVII. سورة الماعون *Surata partis opum Deo consecratarum*, & hic quidem Beidavi intelligit الزكاة *Decimas*. Inſcriptio petita ab ultima Suratæ voce. Aliâs etiam dicitur سورة الدين *Surata religionis*, à voce poſtrema primi verſiculi. Unde *Ryer*, Chap. de la Loy. Hæc inſcriptio occurrit in Cod. *Spanh.* *Baſil.* A prima voce appellatur سورة ارايت *Surata annon vidiſti?* Meccenſem eſſe habet Cod. idẽ, meus, Ryer. Tig. مختلف فيها *Dubitatur de eo.* Agit contra Abi Ghahelum, aut Abi-Sophianum, Walidum Ibn-Mogeiræ, aut Monaphum: من قرا سورة ارايت غفر له ان كان للزكاة مؤديا *Quisquis legerit Suratam Annon vidiſti, remiſſionem conſequitur, ubi decimas attulerit; vel; habetur enim, quaſi attuliſſet decimas.*

CVIII. سورة الكوثر *Surata Alkauther*; quod variè explicant. Alij *affluentiam*. Alij *fluvium Paradiſi*, ex quo reliqui manant. Beidavi ſimpliciter الخير المفرط لكثرة من العلم والعمل وشرف الدارين *Bonum excellens ob exundantem Theoriam & praxin, & præſtantiam utriuſque ſeculi.* Muhammedis judicio dicitur fuiſſe fluvius Paradiſi فيه خير كثير احلي من العسل وابيض من اللبن وابرد من الثلج والين من الزبد حافتاه الزبرجد واوانيه من فضة لا يظما من شرب منها وقيل حوض فيها وقيل اولاده واتباعه او علما امته او القران *ubi præclarum bonum, quod dulcius melle, candidius lacte, frigidius nive, mollius ſpuma, cujus oræ Chryſolithus, & anſæ argenteæ; ex eo qui biberit, nõ amplius ſitiet. Alij volunt in eo* (Paradiſo) *eſſe piſcinã. Alij intelligunt filios & aſſeclas ejus; aut Doctores populi, aut Alkoranum.*

num. Meccensis est 3. versuum. Lectori سقاه الله من كل نهر له في الجنة وتكتب له عشر حسنات بعدد كل قربان قربه العباد في يوم النحر *Potum dabit Deus ex omnibus Paradisi sui fluviis; & adscribentur ei decem beneficia, pro numero sacrificiorum, quod quisque devotorum offert, die jugulationis, sive sacrificii, qui* est decimus, mensis Dilhagghia.

CIX. سورة الكافرين *Surata infidelium*, inter quos (Koreischitas autem intelligi, observat Beidavi) & semetipsum antithesin instituit. Meccensis est 6. versuum بالاتفاق *omnium consensu.* Lector perinde æstimatur كانما قرا ربع القران وتباعدت عنه مردة الشياطين وبري من الشرك *quasi legisset quartam Alkorani partem, recedet ab eo contumacia Dæmonum, eritque immunis ab associatione.*

CX. سورة النصر *Surata auxilii, protectionis, victoriæ.* Aliàs اذا جا *cùm venerit.* Auxilium & restitutionẽ Meccæ sibi, Dei nomine, Pseudopropheta pollicetur. Meccensis est *Ryero*, & *Cod. Spanh.* At Cod. *Tig.* & *meus.* Medinensem inscribunt. Versus tribuuntur tres. Lector eodem habetur loco cum illo, من شهد مع محمد يوم فتح مكة *Qui cum Muhammede adfuit occupationi Meccæ.*

CXI. سورة تبت *Surata periit, aut contrita fuit, manus* nempe Abi-Lahebi, qui monentẽ Muhammedẽ lapidibus petere voluit. *Basil.* inscriptio, ab ultima voce petita, est سورة المسد *Surata funis, ex fibris ligneis, quibus cõstat caudex palmæ, texti.* Unde Gallica verio Ryeri habet la chorde de palmier. Meccensis est 5. versuũ. Lector cũ Abi-Lahebo easdẽ ædes non incolet; vel in eodẽ domicilio nõ cõgregabũtur.

CXII. سورة الاخلاص *Surata salutis*, qua à Koreischitis rogatus, confessionem suam de Deo, Pseudopropheta edidit, quam magni faciunt Muhammedani; Unde & nummis symbolicis totam insculpunt. Cujus & mihi nuper ab amico argenteus oblatus est. Continetur eâ Muhammedismi compendium. Unde *Beidavi*: جا في الحديث انها تعدل ثلث القران وان تقاصد محصورة في بيان العقايد والاحكام والقصص ومن عدلها بكله اعتبر المقصود بالذات من ذلك *Inter scita Muhammedis refertur; æquivalentem haberi hunc locum tertiæ parti Alkorani. Nam subintellectè intendit explicationem articulorum, judiciorum & Historiarum: qui autem æquivalentiam habet generaliter, exinde facilè, instituta comparatione, ipsum quod intenditur, assequitur.* Ita de Muhammede tradunt, انه سمع رجلا يقراها فقال وجبت قيل يا رسول الله ماوجبت قال وجبت الجنة *Audivit virum legere eam, cui dixit; Debetur! quid? rogavit, ô Apostole Dei! Paradisus, respondit, debetur tibi.* Meccensis appellatur à *Ryero*, in Cod. *Spanh.* & *meo*. At *Tig.* مختلف فيها *disceptatur de eo.* Versibus constat quatuor, nempe, præfatione, & قل هو الله احد الله الصمد لم يلد ولم يولد ولم يكن له كفوا احد *Dicito, ille Deus unus est, Deus æternus* (*de hac vocis* varia explicatione videatur

deatur *Hiſtor. Eccleſ. Sec.* XII. p. 46.) *nec gignit, nec gignitur, nec ei quiſquam eſt ſimilis.*

CXIII. سورة الفلق *Surata ſeparationis.* Initio vocat Deum رب الفلق *Dominum ſeparationis, diſtinctionis*, quia formis ſuis, & modo exiſtendi, omnia diſtinguit Meccenſem eſſe, habet *Ryeri* exempl. & *Spanh.* In *meo* Medinenſis vocatur. *Bib. Tig.* مختلف فيها *diſceptatur de ea.* Explicant comment. textum de muliercula à Iudæo incitata, quæ fune aſtricto, inque puteum dejecto, faſcinavit Muhammedem, donec tandem faſcinum per Gabrielem fuit ſublatum. Verſibus conſtat 5. Muhammedem de hac Surata teſtatum eſſe aſſerunt; لقد انزلت علي سورتان ما انزل مثلهما وانك ان تقرا سورتين احب ولا ارضي عند الله منهما يعني اعوذتين *Utique demiſſæ ſunt ad me duæ Suratæ, quibus ſimiles delapſæ non ſunt. Adeò ut ſi duas illas legas, tutò credere poſſis, chariores aut gratiores illis Deo nullas eſſe; Intelligit autem duas illas perfugij*, i.e. quæ verbum اعوذ confugiam, habent in limine, ultimam videlicet & penultimam.

CXIV. سورة الناس *Surata hominum.* Vocatur Deus رب الناس *Dominus hominum.* Unde Suratæ nomen. Diſcrimen Beidavi utriuſque Suratæ collocat in objecti diverſitate, adeò ut penultima adverſus calamitates corporis; ultima verò animæ adverſitates muniat.

 Quiſ-

Quisquis has duas legerit Suratas , quas vocant الماعودتين , perinde est كانما قرا الكتب التي انزلها الله تعالى *ac si omnes legisset libros, quos Deus excelsus demisit.*

Ex distincta autem Capitum enarratione, manifesta est illa exemplarium Alkorani varietas, de qua diximus *Thes. Philolo.* quâ etiam terreri videntur , quò minus ipsi versiculos numeris notârint. *Exemplar*, inquit Clariss. Gol. Grammat. Erpen. 179. *Korani nullum in sua Gente extat, quoad scrutando cognovi, ubi Suratarum commata adscriptis suis numeris sint distincta. Quod ita exactè definire, religio, ut puto, per se vetat , tum quia fieri vix posset citra dissensum.*

Ita habet *textus* Alkorani, ejúsque compendiaria argumentorum recensio; nunc *Accidentia* quædam ejus sunt consideranda, quorum alia in ipso occurrunt *textu*, alia in *margine*, alia *initio*, aut *fine*, alia etiam in *cortice*, aut involucro libri.

A. In *ipso textu* notanda sunt puncta tum vocalia, tum distinctiva. *Illa* eadem ferè notantur in omnibus exemplaribus. Figurâ, alia quidem ex *Cuficorum*, alia ex *Ibn-Mokla* institutione: apud utrosque tamen constanter observata. *Hæc* varia sunt vel uno vel pluribus indicata punctis. Vide *Grammat. Harmon.* p. 16. In *Spanhem.* Codice modò est (·) modò (ꞌ·) in Basileen. modò ه , modò ﻻ : Meum est unius פסוק i e. uno quasi continuo versu absolutum.

B. In *margine* 1. notandæ variæ lectiones, quæ tamen circa

circa vocales potissimùm occurrunt. *Gol.* loc.cit. p. 183. *Tum & Arabico textui præter versiculorum numeros apponentur in altero margine variantes lectiones, quæ peculiarem semper habuere authoritatem ex antiqua doctiorum crisi. Eos nunc sigillatim memorare nihil attinet. Primarij fere pro memoratis supra codicibus* (p. 178.) *septem sunt, quorum lectiones* الروايات السبع *allegationum septem nomine celebrantur. Universa autem penè varietas illa in vocalibus consistit: quas, ut posteriores & externas scriptionis partes, verisimile videtur literatorum Antistitum consensu esse adjectas, tunc demum, cùm aliquandiu Coranus esset divulgatus. Inde esse quis facile dixerit duorum Codicum, quæ possideo, fragmenta quædam, in membranis exarata vetustissimo Charactere, qui ante secula exolevit* (Cuficum proculdubio intelligit, cujusmodi & nos habemus, punctis tamen, non quidem modernis, insignita : Vide *Thes. Phil.* p. 403. *Ubi nullæ prorsus vocales comparent.* In accuratioribus exemplaribus præmitti solet tabula Masorethica, ut constet, quorum authorum sint variæ lectiones. Tabulam ejusmodi habet *Codex Basileensis*, inde ut puto, à Concilij tempore ; in Bibliothecam sub nomine *Armenici Alkorani* depositus; exactissimam, quam proinde αὐτολεξεὶ hic inseram:

نافع

بسم الله الرحمان الرحيم

ايها الناظر في هذه المصحف المكرم ان اشتبه عليك النقل فانظر في

هذا الجدول فانك فتجد فيها ما يدلك الى الصواب

ان شا الله تعا وبه التوفيق وهو حسبي ونعم الوكيل

ومهما وجدت على الكلم مرموزا برمز الجدول وهي قراة ذلك الراوي

ومهما وجدت في

نافع	ا
قالون	ب
ورش	ج
ابو كثير	د
البزي	ه
قنبل	و
ابو عمرو	ز
الدوري	ط
السوسي	ي
ابن عامر	ك
هشام	ل
ابن ذكوان	م

الكوفيون وهم عاصم وحمزة والكساي	ث
جميع القراة الا نافع	خ
الكوفيون وابن عامر	ذ
الكوفيون وابن كثير	ظ
الكوفيون وابو عمرو	غ
الكساي وحمزة	شفا
نافع وابن كثير	حرمي
ابن كثير وابو عمرو	حق
الكوفيون ونافع	حصن
نافع وابن كثير وابو عمرو	سما
حمزة والكساي وابو بكر	صحبة
حمزة والكساي وحفص	صحاب
نافع وابن عامر	عم

عاصم

عاصم ن	هذا المصحف على الهامش بالاحمر والاسود وهو قراة الائمة السبعة	ابن كثير وابو عمرو وابن عامر	نقد
شعبة ش			
حفص ع			
حمزة ف			
خلف ص	والحمد لله على	قد جعلت المد المتصل والمنفصل علامة يعرف بها والمتصل المد بالاسود والمنفصل المد بالاحمر ليكون ليسهل على المتعلم هذا الاجر في ذلك ان شاء الله تعالى	
خلاد ق	وفق ويسر		
الكساي ر	وصلى الله على		
	سيدنا محمد واله		
ابو الحارث ش	وصحبه وسلم		
الدوري ت	تسليما		
	رحم الله كاتبها		
	العبد الفقير محمد		
	بن المعاجي		

خويدم فعال
العلما السادة
الفضلا حشره
الله في زمرتهم
امين امين امين

Ufus

Usus hujus tabulæ est ostendere varietatem lectionis diverso colore indicatam. Prima serie, ا قالون nomina Criticorum propria rubramento pinguntur, literæ verò atramento; secunda linea contrariam observat Methodum, nomina propria nigro; numeros verò rufo colore indicat. Continentur utrinque celeberrimi Arabum Critici & Masorethæ Alkorani. 2. Quædam *voces*. In Spanhemiano Codice occurrũt א. ربع quod *quartã* propriè; Synecd. quartam Sectionis; quæ singulis vicibus legi solent; notat partem, prout ربعة est *arca, in qua recondi solent ejusmodi partes Alkorani*. ב حزب *pars* Alkorani *minor*, cujúsmodi sunt 60. quas in suas, ut diximus, quadrantes distinguunt. ג. جزء *Pars major*, cujusmodi numerantur 30. ד. سجدة Ita textus quidam vocantur, qui precum formulam habent. Meus codex habet tantùm حزب, & ربع communia; نصف quod *dimidiam* significat partem, proprium. Codices quidam, *decimum* quemque versiculum designant voce marginali عشر, quod *decuriam* notat. 3. Quædam *literæ*. De litera ع loquitur *Selden.* de Diis Syris p. 135. *Antequam à Muhammedicis ineptijs discedamus, etiam de litera P. sexcenties, ut supra, in Alkorano Latinè edito, occurrente aliquid dicere non erit ita intempestivum. Doctiss. Erpenius ad Iosephi Patriarchæ Historiam ex Alkorano typis mandatam, Interpres, inquit, Latinus nonnisi post decimum quemque versum distinctionem adhibet, adscripta litera P. Id eo natum est, quòd Arabes in majores Alkoranum particulas secantes denis quibusque versibus postponunt* ع *primam literam vocis* عشر, *qui* decem *significat, & è*

regio-

regione ejus in margine quaque ut plurimum collocari solet. Cur autem interpres maluerit P. quàm aliam usurpare literam, equidem ignoro, nisi fortè Hebræos imitari voluerit, qui literam P. sectionibus Pentateuchi distinguendis adhibent; quòd ea prima illius vocis litera sit, quæ sectionem illis denotet. Atqui ubi impressi Codices Latini habent, ad hujusmodi sectiones designandas, literam P. in codice, quo utor Msc. eóque pervetusto, figura semper reperitur alia ex ipso ع *, per librariorum puto sive incuriam, sive ignorantiam nata, quæ hujusmodi est* ٢. *Atque ea demum ut in P. apud Typographos, quibus ejusmodi figura in forulis non erat, transmigraret, nemo non videt.* Sunt verò & σημειώσεις, sive notæ ejusmodi, in commentariis obviæ, quarum explicatio diligenter observanda. Exemplar. Beidavæi, Leidense, sequentem abbreviaturarum exhibet Catalogum. خ notat خاص *speciale*; ع, عام *generale*; ش مشترك *particeps*, homonymum: ل, مقول *Lingua*, Dialectus; ظ ظاهر *apparens*, manifestus; sensus literalis; ص, نص *Textus*; cui شرح *explicatio* opponitur. س, مفسر *Interpres*. عبارة النص, ع اشارة النص *indicium, signum textus*. ش *significatio textûs*: ص, صريح *purum, merum*. ز, مجاز *hyperbolicum*. ق, حقيقة *verum, proprium*: ح, محكم *versus Alkorani per se perspicui*. م, مشابه *similitudines*. ج مجمل *in unam summam collectus*. ش, مشكل *difficilis, obscurus*. خ خفي *occultus, secretus*: ق اقتضا النص *absolutio textus*. ن, دلالة النص, *Indicina textus*.

C. *Initio* exemplarium observare licet 1. *nomina* sive

possessorum sive scriptorum; Ita exemplar, quod Erpenio dono dedit *Casaub.* præfigit sequentia الا مهدي ابراهيم الله ومحمد 2. Tritam illam προφυλακὴν, لا يمسه الا المطهرون *Nulli eum* (Alkoranum) *tangant, nisi lustrati.* In E. Scal. duobus aureis circulis inclusa, initio operis, sequentia notari monuit *Erpenius*: قال الله سبحانه وتعالي انه القران الكريم في كتاب مكتوب لا يمسه الا المطهرون تنزيل من رب العالمين صدق الله *Dixit Deus laudatus & excelsus; Est utique Alkoranus honorabilis in libro scriptus: Non tangat eum, nisi purus. Demissio est à Domino Creaturarum. Vera dixit Deus.* Petita sunt ex Surata الواقعة

D. Sub *finem* ut plurimum votum, scriptoris nomen, aut aliud quid additur. *Spanhem.* صدق الله العلي العظيم وبلغ رسوله النبي الكريم والحمد لله رب العالمين *Verax est Deus Excelsus, magnus; & pervenit ad Apostolū ejus Prophetam pretiosum; laus sit Deo creaturarum.* In Basilee. صدق الله العظيم وصدق رسوله الكريم ونحن على ما خالقنا ورازقنا وسيدنا ومولانا من الشاهدين ونحن موقنين ومصدقين ولا حول ولا قوة الا بالله العلي العظيم وصلي الله على سيدنا محمد وسلم تسليما كثيرا ورضي الله تعالي من الطاهرين الطيبين الابرار واصحابه القادة الاخيار والتابعين لهم باحسان الي يوم الدين والحمد لله رب العالمين وافق الفراغ من نسخه الشريف الكريم في يوم الجمعة بعد الصلاة من شهر رمضان على يد العبد الفقير محمد المعاجني رحمه الله تعالي

Verax

Verax est Deus magnus; & verax Apostolus ejus honoratus. Et nos (assentimur illis, quæ habemus) *à creatore & sustentatore nostro: Dominus autem & Patronus noster ex testibus est, de quo etiam exploratè nobis constat, cui proinde adhibemus fidem. Neque verò potentia est, neque virtus nisi in Deo excelso, magno. Propitius autem sit Deus Domino nostro Muhammedi, & omnimodam ei largiatur salutem. Acquiescat Deus excelsus in familia ejus bona, pura, justa: Et socijs ejus, Gubernatoribus optimis, & asseclis bonorum; ad diem usque judicij. Laus sit Domino creaturarum. Incidit transscriptionis finis generosi & pretiosi* (Alkorani) *in diem veneris, post preces, mensis Ramadan, per manum servi pauperis Muhammedis Mohagheny* (Pistorij) *cujus misereatur Deus excelsus.* Verba صلي الله عليه vertimus, *propitius ei sit,* prop. *oravit pro eo Deus.* Nempe, ut loquitur ex Alharezio *Pocok.* Specim. Arab. p. 56. فعل ماض معناه الدعا اي اللهم صل عليه ولما كان البنا ضيغة ضيغة الامر والامر للادني ارادوا ابعاده عن ذلك فجعلوه بلفظ الخبر مثل غفر الله لك واحسن اليك وليس هذا في الحقيقة بفعل ماض انما هو سوال وتضارع *Verbum præteriti temporis hic comprecandi significatum habet, scil. Deus sit illi propitius. Cum autem hujusmodi locutiones imperativi speciem habeant; imperari autem inferioribus soleat, hoc refugientes, eas verbo præteriti enuntiant;* ut غفر الله لك propitius tibi fuit Deus: & احسن اليك benefecit tibi Deus: *ubi non revera præteritum est, cum supplicationem & precationem contineat.* Vide *Histor. Orient.* p. 15.

E. Tandem etiam لسان الكتاب *Lingua libri*, ut vocant, suos habet Characteres. *Gol.* ad Grammat. Erpen. p. 184. *Muhammedanis persuasum, nihil in orbe sanctius extare, nihilque sublimius, nihilque pari veneratione dignum, adeò ut apographum extremis digitis attingere nefas sit, nisi quis sacra lotione mundus accesserit. Ideóq; ne per imprudentiā hic peccari contingat, coriacei involucri, in quo liber sit compactus, protensiori labro, quod ipsi* لسان الكتاب Linguam libri *vocant, in media anteriori parte imprimi solēt* hęc verba لا يمسه الا المطهرون Non contingent eum nisi lustrati. *Quæ quidem verba Koranus de se ipso tradit; integro nimirum & juxta partes omnes in volumen comprehenso: neque enim ijs seorsim & à toto separatis ejusmodi habetur religionis honos. Sequuntur.*

ALKORANI INTERPRETES,

sive

COMMENTARIA.

ALkoranum commentariis plurimi illustrârunt, quorum non pauci jam in Europæorum scriptis & libris citantur, alij nominetenus tantum cogniti. Ex *illis* sunt.

1. تفسير القران للبيضاوي *Explicatio Alkorani Beidawi.* Contractus videtur ex Zamchaschario, de quo postea; quanquam prolixus per se satis sit. Versatur potissimum 1. In ostendenda cohærentia textus planè insociabilis 2. tradendis originibus vel integrarum Suratarum, vel partium singularum. 3. Notandis variis lectionibus. Ex judæorum & Christianorum vel traditione vel

vel ſcriptis multa profert. Citatur nonnunquam à *Gl. Gol.* in Lexico, *Pocok.* Specim. Arab. ſive Not. ad Georg. Abulfar. Debet elegantiſſimum exemplar Bibliotheca Tigurina magno noſtro amico D. *Ioh: Henrico Æſchero*, Reipubl. Tigurinæ Ducentum-viro digniſſimo, quod Lipſiâ allatum, redemit à doctiſſimo, & Arabicæ Linguæ callentiſſimo D.M. *Zechendorfio*, Scholæ Cygneæ Rectore meritiſſimo. Habeo & ego prolixa ſatis excerpta ex Leidenſi Mſc. quibus hactenus fui uſus.

II. الزمخشري *Zamachſchari*; qui & جار الله *vicinus Dei*, quod propè Meccam ad tempus habitavit, dicitur ab Ibn-Chalican. Habetur, eodem teſte, inter Muhamedanos الامام الكبير في التفسير والحديث واللغة *Antiſtes magnus in Explicatione Alkorani, Sunæ, & Lexici.* Commentatus eſt in Alkoranum, ſine exemplo. منها الكشاف في تفسير القران العزيز لم يصنف قبله مثله *Ex ſcriptis ejus eſt Keſchaphus i.e. Revelatio, explicationis Alkorani magnifici, cui ſimilem ante eum nemo compoſuit.* Quam ante hac difficulter potuerit Muhammedanis extorqueri, docere nos poterit querela *Clenard.* Epiſt. lib. I. p. 65. *Tabernæ librariæ non habentur Feſæ, cùm ſint tam multi literarum ſtudioſi: Cæterum die veneris ſingulis hebdomadis peracta oratione ad ſummum templum eſt librorum auctio. Illuc conveniunt, quotquot emturiunt, aut, ut ſic dicam, vendituriunt. Prodeunt autem Codices vetuſti pauci admodum, propterea quod ab hinc annos ducentos refrixerit ſcriptorum induſtria, & in deſidiam lapſi ſunt Feſenſes. Eſtque hæc merx cara, ſtatimque ab omnibus magno pretio rapitur: quod ſi quis ſit*

auctor

auctor justæ magnitudinis, non eum reperies venalem, nisi per fragmenta; fortè tota (NB) vita non consequeris aut Zemachserum, aut alium Commentatorem Alkorani, sed nunc dimidiatum, nunc manus mutilas, auctoris in foro conspicies, adeò ut sæpius idem cogaris emere, si totum postules, idque vix post multos annos. Habetur tamen jam, Leidæ exemplar accuratum, ex quo in usum meum haud pauca transtuli.

III. *Muhammedis ben Ahmed* commentaria in Alkoranum subinde citat *Selden.* de jure Gent. p. 428. 610.

IV. *Clariss. Golius* Suratam LXI. Aciei inscriptam [e]didit cum commentariis *Gelalodini*, Interpretis celebris & recepti; qui vulgò inscribitur; جلال الدين محمد بن احمد المحلي Vide Grammat. Erpen. p. 201.

V. *Ryer* in translatione subinde meminit Gelaldini, Kitabeltenoir, Beidavæi.

Ex *his* verò alij

A. Alkoranum commentariis illustrârunt simpliciter, suntq; ferè scripta quibus nomẽ تفسير i.e. פירוש *sive explicatio* præponitur. Tales sunt

ابن جرير	تفسير القران *Explicatio sive Commentarius Alkorani.*	Ibn Geriri.
ابن المنذر		Ibn Mondari.
ابن ابي حاتم		Ibn Abi Hathẽ.
لعز الدين بن عبد السلام		Azzedini fil. Abdossalami.
لابي السعود القدي		Abi Saudi Kadei.

علم

علم الدين السخاوي	Elmadini Sechavæi.
عبد الواحد بن المنير	Abdolvahedi, fil. Almoniri.
بن علي الافوي	Ben-Ali, Aphuæi.
بهاء الدين القفطي	Behajeddini Coptitæ.
الديريني	Dirinæi.
اسماعيل بن كثير القصروي	Ismaëlis, fil. Ketiri Kuzroæi.
علم الدين البلقيني	Ilmeddini Balkinæi.
ابن النقيب	Ibn-Nakibi.
لابي جعفر النحاس	Abi-Giafaris, fabri ærarij.
للسمين الحلبي	Samini Halebensis.

B. *Alij* circa lectionem & κρίσιν magis occupari maluerunt. Ad hunc censum pertinere videntur a. تذكرة طاهر بن المنعم في القراات *Recordatio piorum* Monhemi, de Lectionibus. b. كتاب المجتبي في القراات *Liber electus*, (ἐκλογή) de Lectionibus Abdolghabari. c. كتاب المنشا في القراات الثمان الفارس بن احمد الحمصي *Cippus*, de Lectionibus Themani-Alphares, fil. Ahmed, Hamzæi. d. كتاب الروضة في القراات تاليف الحسن بن محمد البغدادي *Hortus* (libri nomen) de Lectionibus. Σύνταξις Haseni, fil.

fil. Muhammedis, Bagdadensis. e. تصانيف القيون في القراات اسماعيل الاندلسي Tractatus de lectionibus Ismaelis, Andalusij. f. تلخيص العبرات في القراات للحسن العمراني *Expositio significationum* de lectionibus, Haseni Iranæi. g. كتاب التجريد في القراات لعبد الرحمان الصقلي *Explanatio lectionum* Abdorrahmani Zaklæi. كتاب الارشاد في القراات لعبد المنعم *Correctio Lectionum* Abdolmonhemi.

C. *Alij* commentaria aliorum vel contraxerunt, vel explicuerunt &c. Unde extant; a. حواشي الكشاف البلقيني *Viscera, medulla* Keschaphi, Balkinæi. b. حواشي الكشاف الجار بردي *Viscera*, Keschaphi Vicini Dei, Bardæi. c. الانتصاف من الكشاف لابن المنير *Keschaphus dimidiatus* i. e. contractus Ibn-Moniri. d. حاشية اكمل الدين البابرتي على الكشاف Haschia Akmel Eddini Babertæi, super Keschaphum.

D. *Alij* alias observationes, exercitationes, animadversiones in Alkoranum scripserunt, cujusmodi extant a. نقض تاسيس الجهمية لابن احمد تيمية, sunt exercitationes Coranicæ, quæ in Bibliotheca Leidensi habentur. b. الدرر النظيم في التفسير القران العظيم *Margarita concinnata*, in explicationem Alkorani magni. c. احكام القران للطحاوي *Iudicia Korani*, Tachavæi. d. كتاب الاستغنا في علوم القران لمحمد بن علي Scientiæ Alkorani αὐταρκὴς, Muhammedis, fil. Abi. e. الاتقان في علوم القران الدر المنثور في التفسير المأثور ترجمان القران في التفسير المسند

C. Su-

C. Suna.

Sunæ vocabulum apud Arabes eundem habet usum, quem משנה apud Hebræos, Legem nempe significat ἄγραφον. *Clariss. Gol.* Lex. Arab. Atque sic voces قران & سنة Iudaicis vocibus מקרא & משנה tam imitatione rei, quàm sono & significatione respondent. Sed ab ipsis discamus Arabibus, quomodo Suna differat ab Alkorano. Sic Ibnol-Athir: الاصل فيها الطريقة والسيرة واذا اطلقت في الشرع فانما يراد بها ما امر به النبي ونهى عنه وندب اليه قولا وفعلا مما لم ينطق به الكتاب العزيز ولهذا يقال في ادلة الشرع الكتاب والسنة اي القران والحديث *Radix, seu primaria hujus vocis significatio est* via seu conversatio. *Sed si ad Legem transfertur, ea denotatur, quicquid præcepit Propheta aut vetuit, aut ad quod invitavit dicto vel facto, ex iis, de quibus non locutus est Alkoranus. Ideóque inter probationes legales numerantur Liber & Suna* i.e. *Alkoranus, & dicta, factáque Muhămedis.* Vide Specim. *Pocok.* p. 199. Quia verò aliud est ejusmodi dictũ & factũ حديث القدسي *Sanctum*; aliud النبوي *Propheticum*, quid sit utrinque discriminis, ex Msc. quod ex Dalmatia ante hac amicus quidam noster attulit, exponemus: اعلم أن الفرق بين القران والحديث القدسي والحديث النبوي القران ما كان لفظه ومعناه من عند الله تعالي والحديث القدسي ما كان معناه من عند الله

الله ولفظه من عند الرسول واحد يث النبوي مـــا
كان لفظه ومعناه مـــن عند رسول الـــله

Scito, esse differentiam inter Alkoranum, & inter dictum seu factum, tum sanctum, tum Propheticum. Alkoranus *divinæ originis est, sive voces ejus spectes, sive sensum.* Dictum sanctum *est, quod ratione sensus est à Deo, verborum verò respectu à Propheta.* Dictum Propheticum, *quod & verborum & vocum respectu Prophetam habet authorem.* Nunc ad Sunæ scriptores. Excelluit in hoc genere scribendi *Muhammed*, filius Abi Alhaseni Ismaëlis, Abu Abdalla Bocharensis, cujus Tomus كتاب صحيح البخاري absolvitur Libris & sententiis, Titulis, Legibus & Paragraphis. Copia libri mihi aliquando facta est Leidæ, unde & capitũ librorúmque Catalogũ descripsi, quia verò nunc exemplar ad manus non est, ex qua de cujusvis vocis genuino sensu ex subjecta materia judicare liceat, conjecturæ veniã precor. Primus liber vocatur كتاب بدء الوحي *Liber initij inspirationis*, & habet احاديث seu *sententias* quinque. 2. الايمان *Fidei*, Sent. 50. 3. العلم *scientiæ* 74. 4. الوضوء *Lotionis Sacræ*, 119. 5. غسل الجنابة *Lotionis propter effluxum spermatis*, 43. 6. الحيض *menstruum patientis & propterea preces publicas intermittentis*, 37. 7. التيمم *Actus, quo, deficiente aqua, arenâ defricant manus, ut idonei* fiant ad concipiendas preces, 15. 8. فرض الصلوة *Preces necessariæ, lege debitæ*, 2. الصلاة في الثياب *Preces in vestibus*, vel pro auxilio, clientela, 39. 9. القبلة *De templo Mecca-*

Meccano, 13. المساجد *De Templis publicis*, 76. 11. 8. السلام *Velum precatorium*, 30. 12. مواقيت الصلوة *Destinatæ precibus vices*, 75. 13. الاذان *Convocatio ad preces*, 28. 14. فضل الجماعة واقا منها *Distinctio cœtus*, seu diei Veneris & constitutio ejus, 40. 15. الامانة *Securitas*, *securitatis fædus*, 40. 16. اقامة الصفوف *Constitutio ordinum*, *seu agminum*. 17. افتتاح الصلوة *Apertio*, sive procemium precum, 20. 18. القراءة *Lectio*, Alkorani scil. 30. 19. الركوع والسجود والتشهد *Inclinatio*, *genuflexio*, & *mora in precibus*, *qua Pseudoprophetæ suo bona precantur*, *formulâ usitatâ*, لا اله الا الله ومحمد رسوله *Non est Deus nisi Deus*, & *Muhammed Apostolus ejus*, 92. 20. انقضا الصلوة *Absolutio precum*, 17. 21. اجتناب كل النوم *Abstinentia ab omni* (puto legendum النوم) *somno*, inter sacra nempe, 5. 22. صلوة النسا والصبيان *Preces mulierum & infantum*, 15. 23. صلوة الجمعة *Preces diei veneris*, 65. 24. صلوة الخوف *Preces timoris*, 6. 25. للعيدين *Preces duorum festorum*, 40. 26. الوتر *Singulares*, *privatim peractæ preces*, 15. 27. الاستسقا *Precatio pro potu*, peculiaribus concepta ritibus. Alias سقاك الله *Pluvia te donet*, campósque tuos riget, notum est, 35. 28. الاستغفار *Propitiationis impetrandæ formula*, 8. 29. التحريض علي قيام الليل *Sollicitatio, incitatio ad nocturna statuta*, vel stationes, 40. 30. التطوع *Preces sponte susceptæ*, & ἐπίμετροι, nulla lege præscriptæ, 16. 31. الصلوة في مسجد مكة *Preces in templo Meccano*

cano, 9. 32. العمد في الصلاة *Intentio precum*, 26. 33. السهو *Error*, *παρόραμα* in precibus, 14. 34. الجنائز *De funeribus*, 154. 35. وجوب الزكاة *Debitum decimarum* 113. 36. صدقة الفطر *Eleemosyna Alphatri.* فطر est *διαμηςρισμὸς*, solutio Iejunij; cum articulo عيد الفطر est festum Muhammedicum, succedens Iejunio mensis Ramadani, alias عيد الصغير *festum minus* dicitur; ut majus عيد القربان *Festum oblationis*, quo ovis, cui hinc nomen ضحية *sacrificij*, *hostiæ*, mactari solet, incidens in diem 9. mensis Dilhiggia; 10. 36. الحج *Peregrinatio Meccana*, 240. 37. العمرة *Visitatio sacra in Festo Meccano*, 32. 38. الاحصار *Continentia*, 40. 39. جزا الصيد *Tributum venationis*, 40. 40. الصوم *Iejunium*, 66. 41. ليلة القدر *Nox potentiæ*, 10. 42. قيام رمضان *statio mensis Ramadan*, 6. 43. الاعتكاف *Continua & assidua in templo, religionis ergò, mora*, 20. 44. البيوع *Emtio & venditio*, 191. 45. السلم *Anticipata pretij solutio, ad afferendam mercem, certo tempore tradendam*, 19. 46. الشفعة *Emptionis domus vel agri nobis vicini voluntas* & desiderium, 3. 47. الاجارة *Merces*, pretium conductionis, 24. 48. الحوالة *Mißio mandataria*, quâ quis alteri potestatem dat exigendi debiti vel amicè, vel violenter. 30. 49. الكفالة *Vadimonium*, quo quis se prædem aut sponsorem pro alio offert, ad numerandam pecuniam creditori, 8. 50. الوكالة *Munus tutoris*, procuratoris, qui alterius res curat, 17. 51. المدارعة والشرب *de vino & potu.* دراع propriè est *uter exiguus*, à parte armi

mi excoriando detractus, in quo vinum condi solet ظرف ا
ضرع, quod, præter alia, notat, *ex ejusmodi utere bibit*.
Unde jam verbale, المداينة, 29.51. القرض واد الديون
Solutio æris alieni tum illius, cui pendendo certus præfixus est terminus (دين vocatur) *quam cui non est*, (قرض dicitur) 29.52. الاشخاص *Migratio de regione in regionem*, 3.53. العتق *Manumissio mancipij*, 41.55.
المكاتب *Servus, qui Domino suo certam inscripsit summam, qua se redimere possit*, 6.55. الهبة *De donis*, muneribus, 96.56. الشاهدات *De Testimonijs*, 28.57.
الصلح *Compositio amica*, pacificatio, 22.58. الشروط *De conditionibus*, Stipulationibus, 24.59. الوصايا *De Testamentis*, 41.60. الجهاد والسير *Bellum sacrum*, pro religione susceptum, & expeditio, 255.61. بقية الجهاد ايضا *De præmio bellatoribus illis relicto*; vel de belli hujus divinitus concessi permissione, 42.62. فرض الخمس *Constitutio πεντάδος* i. e. quinarũ precum lege imperatarũ, vel opum quintæ partis lege impositæ, 63.63. الجزية الموادعة *De tributis* (aliâs جزية in specie tributum notat, quod à judæis & Christianis quotannis penditur) *& permissis*, 63.64. بدو الخلق *Initium creationis*, 202.65. الانبيا والمغازي *Prophetæ, & loca præliorum*, 438.66. جز اخر بعد المغازي *Alia pars de ijs, quæ commissa prælia sequuntur*, 138.67. التفسير *Explicatio*, 438.68. فضايل القران *Excellentiora Alkorani*, 81.69. النكاح والطلاق *De conjugio & divortio*, 244.70. النفقات *Expensæ in sustentationem uxoris, alias significat* Expen-

Expensæ in res sacras, 22.71. الطهية *De Genealogiis*; nisi lectio fallat; 70.72. العقيقة *ovis mactata, tanquam eleemosyna, pro recensnata prole*, *aut cùm prima vice infanti raditur caput*; 11.73. الصيد والذبائح *Præda, venatio & sacrificia* 90.74. الاضاحي *Hostiæ*, oblationes die 10. mensis Dilhagghia, ubi ovis mactari solet 30.75. الاشربة *Potus*, 65.76. الطب *Medicina*, 99.77. اللباس *de vestibus*, 120.78. المرضي *De ægrotis* 41.79. اللباس ايضا *Iterum de vestitu*. 100.80. الاداب *moralia* 156. 81. الاستيذان φιλογυνεία, *aut munus præconis ad preces*, *prout est vel* ab أَذَّنَ *induxit*, Muhammedanis *preces publicas*, seu precationis horam; vel أَذِنَ *cognovit scivit*. 77.82. دعوات *Orationes*, *Invitationes*, *puto ad convivia* 76.83. زمن الدعوات *De* (puto leg. زمن) *tempore invitationum*, vel ومن الدعوات & plura de invitationibus, 384. الحوض P*iscina*, (de qua multa garriunt Muhammedani. Vide *Hist. Orient.* p. 225.) 161.86. صفة الجنة والنار *Descriptio* P*aradisi & inferni* 57.87. القدر *De decreto, providentia, fato*, 28. 88. الايمان والنذور *De juramentis & votis*, 31.89. كفارة الايمان *De perjuriis*, 15.90. الفرائض *De sanctionibus necessariò observandis*, 45.91. الحدود P*æna definita à judicibus*, 30.92. المحاربون *De oppugnantibus*, 52.93. الديات *De damnis*, 14.94. استتابة المرتدين *Revocatio ad pænitentiam Apostatarum* 20.95. الاكراه *De coactione*,

ne, 13.96. ذر كي العمل *De vitandis malis artibus*, 23. 97. Tandem etiam habet التعبير 60.78. الفتن 80.99. اجازة خبر الواحد 82.100. الاحكام 22.101. لاماني 19.102. الاعتصام 76.103. التوحيد وعظمة الرب وغير ذلك In universum sunt dicta 5278.

Habet hic author in Bib. Leid. p. 3. Titulum: *Suna, sive Pandectæ Bocharij, continentes responsa Muhammedis, & jus Muhammedicum universum, Ceremoniale, Civile, & Forense, summæ post Coranum authoritatis.* Sunt & alij Sunæ, sive legis ἀγράφου scriptores & commentatores, nempe 1. *Tibranæus*, libro, cui titulus, معجم الكبير Ϛύναξις magna. 2. *Assiatus*, qui scripsit, كشف المغطي في شرح الموطي Revelatio tecti, in explicatione aperti. Item تاريخ الصحابة Historia societatis, Muhammedis videlicet. Item معجم شيوخي الكبير Itē صحيح المسلم بن الحجاج ديباج عليه 3. *Hasenus*, filius Hatiri, cujus est, شرح الجمع بين الصحيحين 4. *Hamidæus*, librum composuit, cui titulum dedit, الجمع بين الصحيحين 5. *Hakaneus* lib. cui tit. كتاب رجال الصحيحين 6. *Behakæus*, qui scripsit سنن Leges, & مختصر السنن Compendium legum; Item; كتاب الدلايل. 7. *Katabus*, Castiliensis dedit, كتاب الحديث 8. *Hakemus* lib. مستدرك 9. *Bazaræus* l. c. tit. مسند 10. *Abi Ali*, ejusdem nominis librum. 11. *Ibn-Gauzæus*, lib. c. tit. كرامات الاولها لمذهب الال موضوعات 12. *Ibn-becer*, fil. Abdarrahimi, Abdalla,

Y edidit

edidit احاديث 13. Huc pertinent varij tractatus في الحديث *Abi Haseni* Bagdadensis. 14. *Ibn David* الاسيوطي *Assiotus*, lib. cui tit. مرقاة الصعود الى سنن Ejusdem est حلية الاوليا 15. *Ibn Dakikus* Idæus, l.c.l. الامام في الحديث وشرحه opus est ingens. Eidem tribuitur, شرح العمدة والاقتراح في مصطلح الحديث,

16. *Phatechaddinus*, fil. Seid Alphas, Andalusius, author libri شرح الترمذي Author idem est كتاب النبوية السيرة 17. *Muslimus*, Cordubensis l.c.l. المفهم صحيح في شرح 18. *Ibn Zelachus* l.c.l. علوم الحديث 19. *Ibn-Hager* Cananæus, cujus, præter librum citatum est كتاب الاصابة في الصحابة. Præterea habent Arabes 1. *Sunæ* hujus *Epitomas*, sive compendia dictorum & factorum Muhammedis, quorum, præ aliis, magnum apud Muhammedanos est pretium. Hoc nomine veniunt اربعين حديثا *quadraginta sententiæ*, quæ materiæ ratione occupantur في اصول الدين وبعضهم في الفروع وبعضهم في الجهاد وبعضهم في الزهد وبعضهم في الاداب وبعضهم في الخطبة *aliæ quidem in Articulis fidei, aliæ in ramis, aliæ in certamine pro religione; aliæ in Ascetica, aliæ in Ethicis, aliæ Rhetoricis sive concionibus.* De quibus ipse Muhammed من حفظ على امتي اربعين حديثا من امر

من امر دينها بعثه الله يوم القيامه في زمرة الفقها
والعلما وفي رواية بعثه الله يوم القيامه فقيها عالما
وفي رواية ابي الدرداء كنت له يوم القيامة شافعا
وشهيدا وفي رواية ابن مسعود قيل له ادخل من اي
ابواب الجنة شيت وفي رواية ابن عمر كتب
في زمرة العلما وحشر في زمرة الشهدا

Quisquis observârit, super populo meo, quadraginta dicta in ijs, quæ negotium religionis ejus cernunt, eum excitat Deus die Resurrectionis in cœtu Doctorum & Sapientum: velut ex ijs, qui Traditiones Muhammedis referunt, nonnemo habet, excitat eum die Resurrectionis Doctorē (sic Presbyteros suos vocant Muhammedani) *eruditum; Ex relatione Abi Bardæi; Eris ei die Resurrectioni Intercessor, & testis. Ex relatione Abi Masudi: Dicitur illi; Ingredere Paradisum quacunque volueris porta. Ex traditione Ibn-Omari. Refertur talis in numerum Doctorum; & excitabitur inter martyres.* Horum XL. dictorum exemplar grato hic animo acceptum fero Rev. & Clariss. viro D. *Antonio Legero*, Ecclesiæ & Academiæ Genevensis Ministro fidelissimo, amico singulari, quod Constantinopoli allatum a. Ch. 1643. apud me extare voluit, tum φιλίας ἀμοιβαίας contesseratione, tum etiam suæ in Oriente peregrinationis μνημόσυνον. Secundo حديث sive dicto Islamismum ita definit;

الاسلام ان تشهد ان لا اله الا الله وان محمدا رسول

 الله

الله وتقيم الصلاة وتوتي الزكـــاة وتصوم رمضان

وتحج البـــيـــت ان استطعت اليه سبيلا

Islamismus est, si testatus fueris, non esse Deum, nisi illum Deum, & Muhammedem Apostolum ejus: si ritè peregeris preces, penderis decimas, jejunabis mense Ramadan, obibis Domum (Meccanam, religiosè nempe) *si possis, eo iter faciendo.* Fidem absolvit sequentibus:

ان تومــــن بـــالله وملايكته وكتبه ورسله واليوم

الاخره وتـــومـــن بـــالـــقـــدر خيره وشره

Ascalonitæ. تصانيف في العربية والادبيات 6. Ibn-Baschad مقدمة 7. Explicatio hujus scripti عبد الله بن بري 8. Tractatus لعبد الرحمان الصقلي 9. Syntagmata ابن حمدان الغرناطي 10. Mowafeki Abdollatifi شرح المقامات 11. كتاب انواع الجماع 12. Abi Haseni Granatensis tractatus. 13. Nuveiri نهاية الارب في فنون الادب 14. Amadi Isphahanensis تصانيف الادبية 15. Tractatus Asaadi Ægyptij. 16. Giafaris fil. Mochtaris Ægyptij 17. Mahjoddini, fil. Naschwan, Ægyptij. 18. Abi Hogla, خاطب ليلة 19. Ejusdem جامع 20. Ibn Haghia, قهوة الادب 21. Navahæi العربية سمار الاوراق 22. Ejusdem روضة في بديع الجنان & reliqua ejus scripta Philologica. 23. Schahabi Heghazij روضة الاداب 24. Ejusdem القواعد المقامات في شرح المقامات Atque hos authores omnes citat السيوطي Sejuti, vel Assiotus. 25. ديوان النكاح لعبد الله بن محمد

De amore conjugali Abdalla, fil. Muhammedis. Eleganti stylo scriptum opus, quod Clariss. Golius in reditu ex Africa cum Legato Regis Maroccensis Josepho Biscaimo evolvit.

Claudimus hunc ordinem Classe *Universalistarum* i.e. eorum, quorum scripta في علوم متعددة *varietate* disciplinarum sē commendant, qualia censentur

1. بهاي الدين القفطي	1. تصانيف *Tractatus.*	1. Behajoddini Koptitæ.
2. البساطي		2. Basatæi.
3. المبشر ابن فاتك		3. Mobascher Ibn-Phateco.
4. شمس الدين الاصفهاني		4. Schamsoddini Isphahanensis.
5. ابن العباس الناشي		5. Abbasidæ Naschæi.
1. الموفق عبد اللطيف البغدادي	2. مصنفات	1. Mowakephi Abdollatifi Bagdadensis.
2. التاج التبريزي		2. Taghi Tabrizij.
3. الكافجي		3. Chafighæi.
1. الرهوني	3. مولفات	1. Rahunæi.
2. الملقن		2. Molkeni.
3. ابن جماعة		3. Ibn-Gemaa.

Tales etiam scriptores sunt a. Seriphus Amadæus. b. Ibn-Chuba, qui celebratur في عشرين فنا c. Oladdinus Baghæus, cui tribuuntur منتصرات علوم متعددة d. Ibn-Joseph Kufuæus. e. Moheboddinus, quibus Encyclopædiæ tribuuntur. f. Ἀνώνυμος ille scriptor كتاب مقاصد الحكمة cui nomen dedit Persicum جام كيتي نما Speculi mundum repræsentantis. Contractus est ille libellus ex majori scripto, cui nomen تحفة السلطان Munus (cur Museum Ecchelensis verterit, non video) regium. Prodiit Parisiis 1641. cum versione

ſione Abrahami Ecchellenſis. Phyſica habet, Metaphyſica, Logica, Aſtrologica, Theologica: propoſitionibus ſeu ſectionibus 26. abſoluta. g. Hoc Encomium cumprimis tribuitur, à Muhammede Iſacide, Chindæo,

الكندي وهو ابو يوسف يعقوب واصل دهره وواحد
عصره في معرفة العلوم القديمة باسرها ويسمى فيلسوف
العرب وكتبه في علوم مختلفة مثل المنطق
والفلسفة والهندسة والحساب والارثماطيقي
والموسيقى والنجوم وغير ذلك

Chindæus, qui fuit Abu Joſeph, Jacob, ætatis ſuæ radix; & temporis ſui Phœnix in notitia ſcientiarum veterum omnium. Dicebatur Philoſophus Arabum, extantque libri ejus in diverſis diſciplinis, Logica, Philoſophia, Geometria, Arithmetica, Muſica, Aſtronomia, & alia id genus.

Caput III.

De

BIBLIOTHECA SYRIACA.

SYriam nunc petimus, monſtraturi, & hanc etiam ſcriptorum, Theologicorum cumprimis, eſſe feracem, felicius illud præſtituri, ſi Catalogum librorum Syrorum *Hebed Ieſu*, cum Abr. Ecchellenſis Adnotat, quas *Morinus* citat, comment. de Sac. Eccles. ordinat. p. 383. 443. obtinuerimus. Habemus enim א Theologicos.

A. *Translationes* Scripturæ ſacræ tam Veteris, quam N. Teſtamenti. Veteris Teſtamenti verſio gemina eſt, altera ſimplex translata ex Hebræo, ex LXX. virali Interpretatione altera, qua de re *Walton.* Præfat. Introduct. ad Lect. Ling. Orient. p. 37. *Præfat. Heptap. Paris.* & Diſſert. noſt. de eadem Edit. p. 105. Græcæ meminerunt *Arias Montanus* & *Maſius*; Hebraicæ non item. Præter exemplaria , quorum mentio facta in *Theſ. Phil.* p. 266. & *Annal.* P. 1. Diſſ. 2. 5. de Textu Syriaco, Angli in ſua Editione alia adhuc oſtendunt Manuſcripta. *Duo* ſuppeditavit Reverendiſſimus Archiepiſcopus Armachanus. Unum totius V. T. quod multo auro deſcribendũ curavit ex Patriarchæ Antiocheni, exemplari, excepto Pſalmorum libro, qui antea evulgatus erat. Hoc comparavit vir doctus cum Mſc. Syriaco altero, quòd, cum Pariſijs agere à viro antiquitatis ſtudioſo mutuatus erat, & quædam in margine utilia notavit. *Alterum* ejuſdem Reverendiſſimi Patris Pentateuchum ſolum complectitur, priori tamen multò antiquius , & maxima cum diligentia deſcriptum. *Tertium* eſt Clariſs. D Pocokij, quod etiam accuratè deſcriptum ipſe ex oriente attulit. Verſione Maronitica Syro-Arabica utitur *Kirch.* Sect. Ægypt. T. II. P. 1. Claſs. 2 p 51. De antiquitate hujus verſionis, & diverſis ejus hinc inde in Bibliothecis reſervatis fragmentis agitur tum locis ſupra citatis, tum in *Hodeg.* P. 1. p. 118. *Boot.* Animad. in V. T. Indic. Auth. lit. S. *Schererzij* animadv. l. 1 N. VII. De N. *Teſtamenti* verſione præclara ſunt Theologorum judicia: ſi non Apoſtolica ſit, temporibus tamen Apoſtolorum proximè accedit. Primam Editionem debemus Widmenſtadio , & quidem Syriacam tantùm ; quæ

poſtea

postea per *Fabricium Boderianum*, *Tremellium*, *Trostium*, & alios Latinitate donata variis prodiit formis. Epistolæ quædam, secunda Petri, secunda & tertia Johannis, Iudæ cum Apocalypsi, opera Lud. de Dieu & Cl. *Pocokij* nostra ætate prodierunt. De varietate codicum constabit partim ex Appendice Editionis Antverpiensis, partim ex Notis *Lud. de Dieu* in N. T. Plura de hac versione suppeditabit *Systema nostrū Theolog.* πλεάστυχον. Antiquissima exemplaria erant. 1. In Bibliotheca *Archipalatina*. Vide præfat. Tremell. *Vaticana*, Pecul. Mas. p. 45. *Postellus* etiam Codicis meminit, & *Pocok.* Not. Epist. Cathol. p. 61.

A. Commentaria. 1. *Iacobi* Episcopi Edesseni, Hexaëmeron ad Constantinum, seu Historia Creationis, & creatarum rerum. Extat Syriacè in Bibliotheca Leidensi.

I. *Gregorij Syri*, de quo *Boot.* loc. cit. lit. G. Gregorius Syrus passim LXX. Interpretum testimonium advocat, sed nescio quo malo factum est, ut plerisque omnibus in locis ne verbo quidem plus vel minus alleget, quàm in nostrarum Editionum Scholiis legitur; ut verisimile mihi sit, jam tum abolitas fuisse istas translationes, Gregoriúmque nihil amplius de iis habuisse, nisi quod in exemplaris sui Græci Scholiis, aut in alia quopiam excerptorum libello. Et paulô post: Author iste scripsit Syriacè Scholia in omnes utriusque Instrumenti libros, valde succincta, & in quibus nihil magis culpes, quàm nimium brevitatem: quippe passim integra capita & quidem multos difficiles ac intricatos locos habentia, exilibus paucorum versuum annotationibus transcurrit, earúmque haud minimam partem in minu-

tiis

tiis Grammaticis occupat, ac assignandis veris dictionum vocalibus non per notularum & punctorum ascriptionem, sed integras vocalium appellationes usurpando. Habet tamen sparsim, (præsertim in libro Psalmorum, ubi multò est, quàm in aliis libris plenior & prolixior) multa bona & utilia, quæ ab aliis minoris momenti ac heterogeneis, secreta, transscripto, ex eo omnia (postquam libro uti desieram) amicus meus summus, D. Dudlejus Loftus, filius Adami Loftus, Equitis aurati, & Hiberniæ Thesaurarij, in cognitione Linguarum Orientalium (etiam abstrusiorum Armenæ & Æthiopicæ) versatissimus & Arameæ seu Syriacæ imprimis addictus; à quo, spero, impetrabitur, ut publico bono ista vulgare in animum inducat. Est liber magnus in quarto, densus admodum, angustis marginibus & minutiori charactere scriptus, titulúmque gerit ܐܘܨܪ ܐܪ̈ܙܐ Horreum secretorum, seu mysteriorum, compositus ante trecentos circiter annos, quantum colligere visus sum ex nonnullis locis. Suppeditavit eum nobis instructissima Bibliotheca D. Archiepiscopi Armachani, qui ipsum cum Bibliis Syriacis, Catena in quatuor Evangelia, aliísque bonis libris Syriacis compluribus in Syria magno aere pro se parari, atque in Hiberniam apportari curavit.

III. *Ephremus Syrus*, universam Scripturam commentariis illustravit, de quo *Greg. Nyßen.* in vita Eph. & Sozom. lib. 3. Hist. c. 15. *Walton*, Præf. Introd. p. 39. *Photij* Bibl. p. 265. Σύρων δὲ παῖδες φασὶν ὑπὲρ τὰς χιλιάδας λόγους αὐτὸν ἀναγράψαι. *Syri aßerunt, illum supra mille sermones conscripsiße.* Paulò antè: Καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα τοῦ ἀνδρὸς,

ἀνδρὸς, μεταβληθέντα πρὸς τὴν ἑλλάδα, &c. Vide & pag. 402. 410.

IV. *Iacobus*, *Nisibenæ* Persarum civitatis, Episcopus, Syrus scriptor, Commentaria quoque dedit in universa Biblia, Walt. l. c.

V. *Catena* in quatuor Evangelia Syriaca, de qua supra n. 2.

VI. *Dionysius* quidam Canonicas Epistolas omnes, Acta Apostolorum & Apocalypsin Commentariis illustravit. Meminit ejus *Pocok*. Edit. Epist. Canon. Præfat. pagina 41. 42. 44. 45. 49.

VII. Meminit idem alterius Interpretis, qui Dionysium nactus est commentatorem, p. 40. 57. 58. 62. 63.

VIII. *Severus Patriarcha* dedit annotationes in libros Regum, citante Masio in Pecul. p. 30. Ejusdem habuit commentaria in Apocalypsin Arabica, sed Syriacè scripta *Elichmannus*.

IX. Occurrit in Animadvers. Lud. de Dieu in Epist. ad Rom. aliquoties mentio *Syri Scholiastæ*, cujus etiam subinde citantur testimonia. Vide p. 21. 32. 33. 37. 45. 47. 50. 59. 60. 62. 64. 66. 73. 88. 90. 91. 100. 110. 113. 115. 116. 119. 121. 125. 126. 133. 134. 153. 168. 181. 184. 193. Cætera tanquam λείψανα accesserunt, ipsius authoris manu non asciata. Mentio ergo posthac Scholiastæ illius nulla amplius fit. An sit idem author cum superiori Gregorio, nescio. Extat & apud *Mas*. in pecul. p. 34. *Scholiastes quidam*.

X. *Soadedus*, Episcopus Hadethensis exhibuit locorum S. Sc. difficiliorum elucidationem. Sionit. præf. in Psalt. Thes. Phil. p. 266.

B. DIDACTICA, tam Orthodoxorum, quàm Heterodoxorum cujusmodi sunt

a. Diversi tractatus Theologici D. *Ephraim*. Habentur in Bibl. Leid. Cætera opera, quæ Leidenses desiderabant, ab Illust. Armachano accepit Lud. de Dieu. Vide præfat. ejus in Evangelia & Acta Apostolorum, Ubi & in specie exprimit scriptum Ephremi de amore sapientiæ.

b. *Bar Cepha* de Paradiso. Editus est cum præfatione à Masio, ut ipse monet in Pecul p. 25. 33. De peccato Adami scribit, fuisse ܒܝܫܬܐ ܘܡܚܒܠܢܘܬܐ multa mala, & multas noxas.

c. *Patriarcha Antiochenus*, de Christi incarnatione & ejus Natura. Mas. Pecul. p. 13. 14. 34. adversus Johannem Grammaticum.

d. *Confessio Patriarchæ Nestorianorum*, Pio IV. exhibita; Id. p. 52. e. Epistola Populi Nestoriani, Professio Sullakæ. Id. p. 22. Fuit hic Sullaka Mozallanus, quo familiariter fuit usus Masius, cùm in Patriarcham Nestorianorum fuisset eligendus. Vide p. 54.

e. *Mosis Mardeni* contemplatio Trinitatis; Id. p. 32.

C. HISTORICA. Celebre est *Chronicon Syro-Arabicum* Msc. Greg. Bar Hebræi, Syri, de quo Anal. P. 1. p. 105.

D. LEITURGICA: Hoc genus scriptorum Syris frequentius esse solet. Videamus nonnulla.

1. ܒܝܬ ܓܙܐ *Beth Gaza*, de qua *Widmenst.* præf. in N.T.

N.T. Reliqua in libro, qui ܒܝܬ ܓܙܐ h.e. Ærarium inſcribitur; & Ephremi, Jacobi, Balaji, Cocoji, aliorúmque & vitæ ſanctitati, & doctrina excellentium authoritate conſtat, diffusè explicata ſunt; quæ ſi nocturnum hoc otium (diurnum enim ſpatium, ut noſtis, Reſpublica ſibi vendicat) in hoc ſtudiorum genere conſumere diutius licuerit, aliquando etiam Latina videbitis. Sed non vidimus hactenus, quod ſciam. Habeo libri ἀπόγραφα. Αὐτόγραφον extat in Bibliotheca Abbatis Sangallenſis, cum inſcriptione: *Hunc librum rituum Eccleſiaſticorum, qui Theſaurus inſcribitur, ex ipſa primitivæ Eccleſiæ vetuſtate excerptum, divi Ferdinandi Rom. Imperatoris deſignati juſſu ex antiquiſſimo Codice deſcripſit Moyſes Meredinæus, Syrus, Presbyter Catholicus, Viennæ Auſtriacæ* A.M.D.LVI. Ipſe Moſes librum Arabice ita finit, كمل بعون الله كتاب البيت غزا

على يد موسى الحقير ابن القسيس اسحق الصوري

من حدود امد المدينة وماردين في بين النهرين

Abſolutus eſt, auxilio Dei liber Beth-Gaza dictus, *manu Moſis pauperis, filij Presbyteri Iſaaci Zuræi, è finibus Amadæ, urbe Maredin, quæ eſt in Meſopotamia.* Multa ex hoc ſcripto citavimus in Hodeg. P. III. plura daturi, σὺν θεῷ, peculiari de *Theologia Syrorum* tractatu.

II. *Ordinatio Maronitarum*, de qua *Morin.* lib. cit. p. 383. Nationis Maronitarum Catholicas ſacras ordinationes edimus. Codex, ex quo eas deſcripſimus antiquus erat, & egregiè ſcriptus. Nobis, cùm anno 1639. Romæ eſſemus, eum dederat Abraham Ekellenſis Ma-

ronita, Linguæ Syriacæ & Arabicæ eruditissimus Professor, cujus tum congressu & colloquio familiariter utebamur. Dum Romæ commorarer, Latinè interpretatus sum. Postea Parisio revertens Codicem meum asportavi, eum tempore commodo publici juris facturus. Inscriptio libri est ܒܚܝܠܗ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܡܫܒܚܬܐ
ܘܡܫܬܘܝܬܐ ܒܐܘܣܝܐ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܫܘܪܝܐ ܕܫܘܡܠܠܝܐ
ܕܟܝܪܘܬܘܢܝܐ ܕܟܠ ܚܕ ܒܕܪܓܗ

In virtute Sanctæ, & laudabilis, & æqualis in substantia Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, incipimus scribere ortum perfectionis & consummationis chirotoniæ seu ordinationis uniuscujusque gradus.

III. *Officium Maroniticum.* Idem aliquoties illius meminit. Vide p. 382. Puto aliàs dici librum Ministerij Diaconici Ib. & p. 490. 491.

IV. Eorundem *Missale.* Vide p. 491.

V. *Ordinationes Nestorianorum*, quas è Vaticana Bibliotheca depromtas cum versione edidit Joh. Morinus ab Ekellensi adjutus. Lib. cit. p. 442.

VI. *Iacobitarum & Eutychianorum*, de qua Id. p. 476. his verbis: *Quod ad ritum ordinationis Iacobitarum, quem edimus, attinet, breve est compendium ritus integri, quod olim ad Congregationem de propaganda fide ex Oriente missum est. Archetypum latet in ipsius Archivis; Inde, cùm Romæ commoraremur, permittente Viro Clarissimo & Erudito, Domino Iagolio, sacræ istius Congregationis Secretario illud exscripsimus; nec plura*

plura continebat Archetypum. Verùm ordinationibus nostris Syris jam sub prelo desudantibus & ad finem properantibus, contigit Vir Clarisß. eruditione & literariæ supellectilis curiositate suspiciendus Honoratus Bonfis Ecclesiæ Metropolitanæ Aquensis Canonicus, audito labore nostro, sponte nobis offerret tres antiquos Codices Syriacos, quorum duo sacras Syrorum ordinationes continebant, atque alias Officiorum Ecclesiasticorum partes: sed in altero admodum antiquo Rubricæ omnes, seu Actionum & Ceremoniarum præcepta, minuto erant exarata Charactere; qui vetustate & temporis infortuniis ita obscurus, sordidatus, partimque ambesus & erosus erat, ut ex eo sensum continuum elicere non potuerim. Preces verò, hymni, Psalmi, Lectiones, & alia ejusmodi, quæ ibi abundant, utpote majori & illustriori charactere scripti, non adeò magna cum difficultate legi poterant. Alter codex erat splendidè scriptus, sed ritum Ordinationis Diaconicæ & Presbyteralis tantùm complectebatur, cùm prior omnis exhiberet, atque etiam Diaconissarum, quem nullibi, præterquam in antiquissimis Græcis deprehendi. Ritus autem ordinationis iidem erant, & verba propè omnia eadem in utroque Codice, ita ut qui ex uno conscripserit aliquid, ex utroque exscripsisse dicendus sit. Tres autem illi Codices ex Goa, Indiarum Orientalium Metropoli, per Ulyßiponem ad ipsum pervenerunt:

VII. Johannes *Daræ*, *Syriacè* ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܕܪܐ *Sanctus Iohannes Metropolita Daræ*. Abraham Ecchellensis vixisse vult seculo 4. Hodierni Syri eum vocant Ephremi discipu-

 lum.

lum. Utrumque refutat prolixè *Morin.* lib. cit. p. 493. Tribuuntur ei 1. *Commentarÿ* in S. Dionysij libros de Hierarchia Ecclesiastica. Horum, Ecchellensis exemplar antiquum se habere refert, in quo scriptum erat, Abbatem quendam Syrum illum librum cum 250. aliis voluminibus an. Alex. 1243. h. e. Christi 932. emisse. Ex his commentariis multa repetit Morinus, præsertim quæ de Seraphim tradit & Cherubim. Id concoquere non potest, כרובים notare multos sapientia & cognitione. *In Etymo*, inquit, p. 492. *Cherubim Dionysij errorem amplificare videtur Darensis* ܡܢܘ ܦܘܫܩܗ ܗܘ
ܕܟܪܘܒܐ ܣܘܓܐܐ ܕܝܕܥܬܐ ܐܘ ܫܦܥܐ ܕܚܟܡܬܐ ܐܘ ܪܘܒܐ ܕܡܣܟܠܬܐ
ܐܘ ܟܠܗ ܡܫܡܠܝܘܬܐ ܕܚܟܡܬܐ
Quid etiam nomen Cherubim? Multitudo cognitionis, sive effusio sapientiæ; sive abundantia & opulentia sapientiæ. Rejicit hanc explicationem, etsi ab ipso Hieronymo probatam, quod Etymon כ *sicut*, & רוב *multitudo*, longè & absurdè petitum sit, & ad scientiam nihil conferat; & tamen hoc solo fundamento fretum authorem Hierarchiæ cælestis, τῶν Cherubim naturam viresque nobis describere. Hieronymi authoritas etiam alios torsit. *Celeb. Rivet.* in Genes. p. 167. *Qui* כרוב *à scientiæ multitudine derivant, Hieronymum citant authorem in Epist. ad Paulin. Tom. 3. Cherubim* (inquit) *quod interpretatur scientiæ multitudo, per omne corpus oculati sunt. Eodem tomo tamen Epist. ad Marcellam, dicit, opus Cherubim interpretatur varium & depictum, ita tamen, inquit, ut* ו *literam Cherubim non habeat, quia ubicunque cum hac litera scribitur, animalia magis,* quàm

quàm opera significat. Quomodo autem fieri possit, ut à multitudine scientiæ derivetur vox כרוב *fateor, me videre non posse, nec id docet Hieronymus. Nam festivum est, quod Martinus Mersenus, deducit à* נכר *cognoscere &* רב *multitudo. Cujus compositionis apud Ebræos nullum exemplum dari potest, nec Analogia ulla potest inter talia institui. Vir doctus*, inquit Morinus lib. cit. qui *S. Hieronymi opera adnotationibus illustravit, probabilitatem huic interpretationi conciliat ex duplici significatione & pronunciatione istius dictionis* רב *hoc modo,* רֹב *significat* tanquam multitudo, כְּרַב tanquam Magister. *Ex utraque significatione in uno verbo conjuncta nata est*, inquit, *illa Interpretatio.* Επίκρισις nostra est. 1. Syris notius esse quàm Hebræis, כרוב notare multitudinem scientiæ. Non modò Darensis, aut Hieronymus, sed & alij significationem illam viderunt. Isa bar Ali, in Lexico: ܟܪܘܒܐ ܡܢ ܟܪܘܒܘܬܐ ܐܝܬܝܗ ܚܝܠܬܢܘܬܐ ܗܘ ܕܝܢ ܡܬܦܫܩܢܐ ܣܓܝܐܘܬ ܝܕܥܬܐ *Cherubo, à nomine Cherubutho* i.e. *fortitudo. Interpretatio aliâs etiam ejus est, multitudo scientiæ.* Arab: قــــوة الكروب ناظر العين Unde etiam ܟܪܘܒܐ Syris est ܨܝܪܐ ܕܨܠܡܐ Arab. مصور بتماثيل *Effector, formator imaginum.* Id. 11. Notat ergò כרוב *scientem, prudentem*; non quasi vox esset composita (quod tamen ex Syris quoque nonnulli asserunt, unde idem Isa bar Ali, ܟܪܘܒܐ ܣܓܝܐܐ Cherube i.e. quod multi.

multi. Arab. الكل, بويبم, (רבים) ملايكه Angeli, sed quasi idem significaret cum affini כביר, خبير, sola Metathesi literarum, quod *scientem, gnarum, solertem* notat. 2. *Videtur*, inquit idem, *præterea ex primis verbis tituli, aliquis alius liber Iohannis Darensis præcessisse, quem non exhibet codex.*

VIII. *Severus Alexandrinus*, de ritibus Baptismi & Euchariſtiæ. Vide Append. p. 23.

IX. ܡܟܬܒܐ ܕܥܠ ܥܡܕܘܬܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝܐ

Scriptum de Baptiſmo, Mor-Jacobi, Edeſſeni. Habetur Mſc. in Bibliotheca Tubingenſi publica, quem etiam vidi ante biennium.

X. In Bibliotheca Erpeniana duo oſtenduntur Codices Theologici, alter in folio, in quarto alter.

ב. PHILOSOPHICI.

Mirum fortè videatur, Philoſophicis ſtudiis Syros ita fuiſſe deditos, ut etiã primũ hujus literaturæ lumen illis debeant Arabes. Id quod patet 1. Perſpicuo *Majmonidis* teſtimonio, citato *Hiſt. Orient.* p. 346. Ex *Muhammede Iſacide*, qui prolixum tum recentiorum, tum vetuſtiorum exhibet Catalogum eorum, qui varia ſcripta ex Lingua Syra, Perſica, Indica in Arabicam tranſtulerunt. Ex veterum numero ſunt اصطفن القديم ونقل لخالد بن يزيد بن معوية كتب الصنعة اوغيرها البطريق وكان ايام المنصور وامره بنقل اشيا من القديمة ابنه ابوزكريا يحي بن البطريق وكان في جملة الحسن بن سهل الحجاج بن مطر فسر للمامون ودو

وهو الذي نقل المجسطي واقليدس
Stephanus antiquus, qui transtulit Chalido fil. Iezidi fil. Muaviæ, scripta Mechanica & alia. Batrik, qui vixit tempore Manzoris, qui ei in mandatis dedit ut transferret res antiquas. Filius ejus, Abu Zacharia, Iahia, filius Batrik. Ex numero etiam eorum fuit Hasenus fil. Sehel, Heyhaghus fil. Matri, multa transtulit Mamoni. Idem etiam vertit Almegistum & Euclidem. III. Ex recensione operum Aristotelicorum, quæ nobis ostendit, pleraque ejus scripta tum in Linguam Syriacam esse translata, tum eadem commentariis illustrata. IV. Sunt & varia adhuc in nostris manibus scripta Syrorum Philosophica & Philologica, quæ studium illorum probant, ut sunt puta

a. Grammaticæ, 1. ܕܨܡܚܐ *Splendor*. Nomen Grammaticæ à perspicuitate Methodi sic dictæ. *Mas.* Pecul. p. 42. 2. Grammatica *Mor-Gregorii*, Medici Malatiensis, de quo initio operis scribitur: ܐܒܘܢ ܩܕܝܫܐ ܡܠܟܐ ܕܡܠܦܢܐ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܠܦܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ܗܘ ܐܒܘ ܠܦܪܓ ܒܪ ܐܗܪܘܢ ܐܣܝܐ ܡܠܝܛܝܢܝܐ *Pater noster Sanctus, Rex doctorum, Mor-Gregorius, Doctor Orientis, qui idem est Abul-Phargus, fil. Aharonis, Medici* Militinensis *i.e.* Ma*latiensis*

b. Systemata Philosophica. M*or-Isaac* Philosophiam scripsit, ex qua nonnulla citat *Athan. Kirch.* Oedip. Ægypt. Tom. II. P. 1. Class. 6. p. 407. 424. Tom. III. p. 2. 3. 4. præsertim P. 11. Tom. II. p. 171. ubi de ori-

gine Idololatriæ agit & Idolis à Diabolo animatis. Ejusdem authoritate (Aristotelis præterea, Plotini, Simeonis ben Iochai, Ibn Vaschiæ) agit de Hieroglyphicis Ægyptiorum literis. Inter libros etiam Erpenianos Philosophicus fuit, ingenti volumine, antiquus & accuratè scriptus, comprehensus.

c. *Variæ Epistolæ*. *Masius* in Peculio suo subinde mentionem injecit Epistolarum Mosis Meredinæi ad se scriptarum.

d. *Lexica*, cujusmodi sunt I. *Dictionarium Bar Bahluli* Syriacè & Arabicè explicatum. Ex Bibliotheca Erpeniana in Angliam translatum est, ubi etiam videre illud contigit. Ex specimine Lexici Polyglotti, quod jam sub prælo est Londini, colligo, illud ubique fere in explicatione vocum Syriacarum vocari in subsidium. *II. Lexicon Isa Bar Ali*, ex Honaino potissimùm & Jeschu Marzuæo collectum atque conscriptum. Ἀπόγραφον habemus ad lit. usque Nun, quo & Scaliger suum perduxerat. Vide inf. Append. p. 22. Et Epist. *Scal.* ad Casaubon. p. 312. *III. Etymologicum Syrum*, quo ratio Grammatica omnium vocum difficiliorum, ambiguarum, accuratè explicatur ordine Alphabetico, authore Presbytero Mytylino.

Ut styli Scholastici sive Classici Syrorum specimen habeamus, exscribam præfationis sive dedicationis fragmentum, quod Lexico Isa bar Ali præfigitur; Ita autem illud Syriaco-Arabico Idiomate sonat:

ܟܠ ܫܘܒܚܐ

Syriac	Arabic	Latin
ܒܚܝܠ ܬܠܝܬܝܘܬܐ	في قوة الثلوث	Virtute Tri-
ܕܡܫܒܚܬܐ	الممجد الاب	nitatis vene-
ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ	والابن وروح	rabilis, patris,
ܕܩܘܕܫܐ ܟܬܒ ܐܢܐ	القدس اكتب	& Filij, & Sp.
ܠܟܣܝܩܘܢ	اللكسيقون يعني	Sancti, scri-
ܐܘܟܝܬ ܦܘܫܩܐ	تفسير المستعملات	bam Lexicō,
ܕܡܬܚܫܚܢܝܬܐ	السريانات	id est, expli-
ܣܘܪܝܝܬܐ ܘܝܘܢܝܬܐ	واليونانيات	cationem u-
ܐܝܟ ܕܐܝܬ	هي شي الموجودات	sitatorū (vo-
ܒܟܬܒܐ	بالكتب من	cabulorum)
ܡܢ ܥܣܩܐ	الصعب الى	Syrorum &
ܠܦܫܝܩܬܐ	اليسر ومن	Græcorum
ܘܡܢ ܣܘܪܝܝܬܐ	السرياني الى	prout repe-
ܠܥܪܒܝܬܐ	العربي مما جمع	riuntur in li-
ܐܝܟ ܕܟܢܫ ܥܝܣܐ	عيسى ابن علي	bris, diffi-
ܒܪ ܥܠܝ ܐܣܝܐ	المتطبب على الف	cilium in fa-
ܥܠ ܐܠܦ ܒܝܬ	بيت والله المسئول	cilia; Syria-
ܥܘܕܪܢܐ	النصر والمعونه	corū in Ara-

bicum; prout collegit ea Isa bar Ali Medicus, ordine Alphabetico. Ego autem opem imploro & auxilium, ut incipiam & perficiam.

ܫܘܕܥܐ ܘܡܦܢܝܢܘܬܐ	حقي ابن واكمل	Principio
ܕܐܢܬ ܐܘ ܐܒܪܗܡ	اولا الاعتذار	excuſatione
ܥܡ ܕܐܢܐ ܐܬܠ	انك لما درست	opus eſt,
ܙܒܢܐ ܢܓܝܪܐ	زمان طويل في	quod longo
ܡܠܬܐ ܕܪܫ	تلاوة الكتب يا	tempore in
ܩܛܝܐ ܘܟܬܒܐ	ابراهيم وجعلت	lectione li-
ܘܟܠܦܬ ܗܘܝܬ	تهمتي من ايضاح	brorum fui
ܠܡ ܒܦܘܫܩܐ	كل لفظ من الالفاظ	occupatus, ô
ܕܟܠ ܡܠܐ ܐܘ	التي تتصفحها	Abraham, &
ܐܬܪܘܡܐ ܘܟܠ	حرصا ثم	operam dedi
ܒܠܚܘܕ ܚܕܐ ܡܢ	تسال في وقت	explicatione
ܠܦܣܩܬܐ	ينقل السرياني	cujusvis vo-
ܕܩܪܝܬ	عربيا وفي	cis, quæ oc-
ܗܘܝܬ	وقت ان ينقل	currere tibi
ܡܫܬܐܠܬ	السرياني	poſſet, dili-
ܒܙܒܢ ܡܢ ܕܡܢ	نفسه من	genter, cúm-
ܠܐܢܐ ܣܘܪܝܝܐ	العجمي الى	que petieris,
ܐܦܢܐ ܠܗܘܬ		ut modò Sy-
ܕܢܫܬܠܚ ܒܙܒܢ		riaca trans-
		ferrentur A-
		rabicè; modò
		Syriaca ipſa
		ex Lingua
		barbarica in
		faci-

faciliorem, ab insitata inusitatiorē: In mentem aut mihi venit Lexicon Domini nostri Hônain, quod composuit, Lexicon item, quod collegit Isa Marzuæus; & contraxi ea in meum usum. Postea notum mihi fecisti, quod aliquoties te in iis

فيهما مستقرا
ولهجت بهما
ومحبة انتظام
الاكسيقون الاستاذ
حونين شرحه
وتأليفه وذممت
مصنف ايشوع
المروزي فانه غير
المرتب بل خارج
عن النظام والتي
للترتيب بينهما
خلافا غير قليل
في تفسير
المتداولات ولم
ازل مصمما
عاقدا
لانني لم

in iis occupâris, & avidus illis incubueris, laudaveris ordinem Lexici Domini Honain, explicationem & compositionem ejus, & reprehenderis tractatum Isa Marzuæi, quòd planè sit ἀμέθοδος, & quod ab ordine aberret. Quibus ego intercedens non mediocrem deprehendi diversitatem in explicatione usitatiorum (vocũ) Neque destiti soli-

[illegible]

ان يكون معتبرا
على قلبي معوي
معدوم ونفسي عند
الذي طالب العلم
في العلم
ان انظر في
الاقسيقون الذي
ذكرتهما الي
وان اجمع
منهما واحدا
واضيف
الزيادات
الذي سمعتها
من استاذي
وما علمته
من الكتب
على طول

solicitus esse & anxius, quod non ; miti posset cogitatio tua ulli, quòd vel verisimile esset, vel notum ; supplicâsti autem mihi tanquam avidus scientiæ, ut examinarem Lexica, quorum memini, & ut colligerẽ inde unicũ, adderémque reliqua, quæ vel audivi à Magistro meo, aut didici ex libris longo tempore ; & quæ distinctis temporibus

ex eo

الزمان وما سالت
عنه في الاوقات
ولم اقتصر
من الالفاظ
الصعبه والعربيه
بل اوردت
المتعرفات
مضافا اليها
القانا واوردت
فيما من
الاسماء الصعبه
التي في كتب
الصوره مع ذلك
بحسب الاستطاعة
مسطوره مخلصا
ولما ذلكت
الصعوبه سالك

ex eo quæsi-
vi. Neque
tantum [illegible]
li voces [illegible]
ciles [illegible]
bicas, sed [illegible]
am addidi [illegible]
notas & re-
ceptas, ô [illegible]
ter noster.
Quædam [illegible]
etiam cit[illegible]
ex nomin[illegible]
bus diffici-
lioribus [illegible]
occurrunt in
scriptis Far-
mæ (fort.
leg. בתירה in
Lege) quæ
quantum
potui, ordi-
ne digesta
esse volui [illegible]
quia po[illegible]
tum tuum
difficile, illi
innixus [illegible]
(satisfacere
studio) sed
abs-

ܘܣܟܠܬܝ	معتمدا انا عليه	absque com-
ܐܬܟܠܒܬ ܕܠܐ	من غير	plemento; quia occupa-
ܕܓܡܘܪܐ ܡܛܠ ܠܐ	الفراغ الذي	tiones mun-
ܥܘܣܩܐ ܕܗܘܐ	اعاذه في الذي يهمي	danæ, non permiserunt
ܠܡܫܡܠܝܘܬܐ	العالمي لم ادع	ut explerem
ܕܪܓܬܟ ܠܐ	ان اكمل شهوتك	desiderium tuum hoc
ܒܟܠܗ ܙܒܢ	في هذا الزمان	toto tempo-
ܐܦܠܐ ܥܝܩ ܠܝ	جميعه من غير	ri: Neque ta- men molesta
ܗܘܐ ܕܟܠܗܘܢ	ان اضجر مع	mihi fuit to- ties iterata
ܡܢ ܠܒ ܗܘܢ	تكرير سوالك	petitio cre-
ܠܡܫܐܠܟ ܕܟܠܗ	الدفعات	bris facta vi- cibus. Cúm-
ܡܢ ܕܝܗܒ ܠܝ	الكثير جدا	que dedisset mihi (Deus)
ܐܠܗܐ ܐܬܪܐ	ودلك لما جعل لي	spatium (lo-
ܘܙܒܢܐ ܘܐܦ ܩܠܠ	فسحه وزمانا الى	cum) & tem- pus; & nego-
ܡܢܝ ܘܡܢ ܣܘܥܪܢܐ	هذا وخف عني	tiorum eti- am moles,
ܕܥܠܝ ܗܘܐ ܣܝܡ	اضر المعانيا التي	quæ mihi in- cumbebat,
ܚܙܝܬ ܕܐܦ	اذا يصدرها عزمك	alleviata es- set, obser-
ܕܠܐ ܠܟ ܠܚܘܕ	ولم تكون الفايده	vassem insu- per, non tibi tantùm usui
		futu-

لك حسبا ولكن
لامثالك
والتعلمون والكاملون
... اما
المتعلمون فلان
يتعلموا لا يكونوا
بعد ...
من ذلك ... اما
الكاملون فلهم
... ما كانوا
يعلموه ... مسافا
... بعد
تكميل شهوتك
ومددت يدي
في العمل الذي
هذه التجارة
... وكل
على المصحف

futurum, sed & aliis tui similibus, Discipulis & perfectis. Discipuli enim quædam didicerunt, in quibus tamen non sunt exercitati; Perfecti autem in memoriam vocari fecerunt, quæ ante didicerunt; Studio autem ductus complendi desiderij tui, extendi manus meas ad hanc [illegible] fusus potissimum Codice sacro; Secutus autem sum ordi-

ܐܦ ܟܠܗ ܣܕܪܐ	الاهــــي وجعلت	ordinem hu-
ܠܗܢܐ ܠܟܣܝܩܘܢ	ترتيب هـــذا	jus Lexici
ܕܝܢ ܠܟܣܝܩܘܣ	الاكسيقون الذي	Alphabeti-
ܕܣܡܬ ܥܠ ܐܠܦ	وضعـــت علي	cum, ut ea
ܐܬܘܬܐ ܕܢܬܦܫ	حـــروف المعجم	quę quæruntur, facilius
ܦܫܝܩܐܝܬ	ليصـــان وسهوله	inveniantur.
ܢܫܬܟܚܘܢ	مـــا يلتمس وانت	Tu verò, ô
ܐܟܚܕ ܕܡܫܬܟܚܝܢ	يـــا اخانا وكل	frater nofter,
ܐܢܬ ܕܝܢ ܐܘ ܐܚܘܢ	مـــن يتصفح	& qui repe-
ܘܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ	ويطالع معك في	riuntur tecum in hac
ܕܥܡܟ ܒܗܢܐ	هـــذا التجارة	πραγματεία, &
ܒܬܐܘܪܬܐ ܗܝ	كافـــو الصلوه	opere, cui vacatis,
ܒܒܝܬ ܡܠܠܐ	عن درسكم وما	reddite preces in
ܕܒܝܬ ܡܠܦܢܘܬܐ	تعبت فيه عنكم	ftudiis ve-
ܚܠܦܝܟܘܢ	واشكـــروا	ftris, pro eo
ܕܐܬܥܡܠܬ	صانـــع الحسني	autem, quod
ܐܘܕܘ ܛܝܒܘܬܐ	عـــندكم	pro vobis
ܠܡܥܒܕܢ ܛܒܬܐ		præftiti gratias agite be-
ܕܝܠܟܘܢ		nefactori ve-
		ftro, &c.

Caput

Caput IV.

De

Bibliotheca Samaritana.

SAmaritanorum libri alij sunt scripti stylo A. purè Hebraico, nempe

I. Pentateuchus, quem ab Hieronymi ferè ætate ad nostra usque tempora, Christiani optârunt magis, quàm viderunt. Primum exemplar, Scaligeri monitu, in orbem Europæum puto [illegible] Nicolaum Claudium Fabricium de Peiresc, Senatorem Aquisextiensem, cujus pro literis singularis cura & liberalitas nota [illegible], & mihi aliquando Arausioni à quodam Capucino, Hebraicæ Linguæ callentissimo, prolixè fuit commendata. Ad a.ch.1608. observat hoc *Gassendus in vita Peireskij p.* 157. Rogârat, *inquit*, aliunde ipsum Scaliger, ut instauraret commerciũ, quod per P. Ostagerium, hospité olim Massiliæ suũ instituerat in Oriente cõmẽdis Samaritanis, Ægyptiacis, Arabicis libris dolens, quod à quindecim annis, quibus degerat in Hollandia, nihil prorsus inaudiisset de Pentateucho Samaritano cujus sibi procurandi Ostagerius fuerat pollicitus studium. Peireskius ergò, cùm prius quidem aliquid ea in re tentâsset, tum tamen incumbendo acrius, ejusmodi librum inter plures alios in Ægypto coëmi, afferrique ad se mandavit. Verùm navis, qua vehebatur, à Piratis direpta est, recuperaríque is liber non potuit. Ita privatus Scaliger fuit exoptatissimo Codice, ut etiam nunquam est assecutus expectatissimum responsum, quod Peireskio ab ejus

ejus morte venit feliciter in manus. Scripserat nempe Scaliger ad Samaritanos Ægypti, itemque ad magnum eorum sacerdotem Eleazarum in civitate Sichemo morantem, quæsieratque ex ipsis varia circa observationem Sabbathi, aliorúmque Festorum, circa Messiam, ejúsque apud ipsos nomen; & ad extremum exemplum Legis, Pentateuchi ve poposcerat. Ac ipsi quidem geminis Epistolis responderant; sed quod illæ in Genebrardi, aliorúmque manus incidissent, detentæ sunt, donec, Scaligero mortuo, Peireskius & obtinuit, & per virum impensè doctum Johannem Morinum è Congregatione Oratorij, Latinas fieri nuper curavit.

Et a.ch. 1629. p. 327. Occasione cœptæ Bibliorum Editionis, non contentus indicâsse, procurâsséque, ut Roma mitterentur Parisios Biblia Samaritanica, apud virum eruditum, & de bonis literis benemeritum Petrum Valleum Patricium Romanum extantia; misit ipse in Orientem virum sagacem Theophilum Minutium, ex Minimorum ordine, qui uberiora requireret, obtenta illi prius licentia tam à summo Pontifice, quàm à Generali Ordinis, provisóque, ne vel commeatus, vel necessarium voluminibus coëmendis pretium deesset. Et sua sanè spe frustratus non est; Ille enim, optima sorte, comperit statim, acquisivitque Biblia Samaritanica, cum adjunctis, in Tritaplorum formam Hebraicis, Arabicísque (sed eodem tamen, videlicet Samaritanico Charactere) ídque, præter duo Testamenta Syriaca Arabicósque Codices complureis. Et a.ch. 1632. p. 379. Tandem, cùm in urbem redire sequente autumno statuisset, apparatos prius voluit Samaritanos Codices, ut libertate viarum facta, mitteret Parisios una opera,

 permo-

permolestè ferens, quòd illic fuissent tam diu desiderati. Videlicet, ut compleretur magnorum Bibliorum editio, perdoctus ille Johannes Morinus, ex Congregatione oratoria, curabat Pentateuchum Samaritanum, & ab anno usque superiore Exercitationes in ipsum præmittens, publicam mentionem ita fecerat ejusmodi Codicum, ut Peireskius deinceps mira fuerit eos transmittendi impatientia. Ille siquidem præloquutus Samaritanico exemplo, quod procurante Peireskio Petrus à Valle communicârat, verba ista subjecerat: Præter Codicem istum, duos alios Hebræo-Samaritanos quotidie expectamus, ut eorum cum isto comparatione editio nostra omnibus suis numeris absoluta procedat. Hos paucos ante menses à Palæstina aversiri curavit vir amplissimus, literarum decus, déque literis bene semper merens D. Peresius, in suprema Provinciæ Curia Senator integerrimus. Codicum istorum alter Tricolumnatus est, & trilinguis, unaquæque Dialecto per columnas exposita.

De horum & aliorum Codicum integritate, & antiquitate ipse etiã prolixè agit *Morin.* Opuscul. Hebræo-Samarit. p. 95. Est in Bibliotheca, scribit, Oratoriana Pentateuchus integer Hebræo-Samaritanus, pulcherrimis literis in charta vitulina, aut vervecina nulla cum lituris descriptus. Æra scriptionis non est adscripta. Adnotatur tamen ad finem Geneseos & Exodi, pertinuisse successivè ad duos Samaritanorum sacerdotes, unumque ante ducentos triginta, & aliquot annos Damasci quadringentis argenteis illum sibi comparâsse. Codicem istum Damasci emi curavit Illustrissimus & eruditissimus Episcopus Maclovicensis, Achilles Harlæus, cùm ante-

antequam Ecclesiæ nomen daret, Constantinopoli apud Turcarum Imperatorem pro Rege Christianissimo Legatione fungeretur. Hunc Codicem Oratorianæ Bibliothecæ Parisiensi donavit doctissimus ille Præsul, cùm multis annis antequàm Episcopus inauguraretur Congregationi Presbyterorum Oratorij sese devovisset. Hic est ille Codex, quem Editione nostra accuratissimè & exactissimè repræsentavimus. Editione jam peracta tres alij Pentateuchi Hebræo Samaritani Codices nobis supervenerunt ab amplissimo viro, & Antiquitatis profanæ & Ecclesiasticæ studiosissimo Perescio, Senatore Aquensi ad nos missi. Sed eorum nullus erat integer. Antiquissimus, ut ex vitulina charta, & detrito charactere non erat difficile judicari, est cæteris minore forma; sed desunt ab initio Genes. 17. capita priora, & à fine totum Deuteronomium, exceptis sex prioribus capitibus; & septimi initio. Una etiam aut altera est alibi lacuna, sed multò minus horrenda. Hunc Codicem distinctionis causa in variarum lectionum collectione minorem sæpissime vocamus. Secundus Codex erat trilinguis; in medio est Arabica versio Charactere Samaritano. A lateribus Hebraicus textus & Samariticus; sed ingentibus lacunis passim scatet. Per lacunas nihil aliud intelligo, quàm multorum foliorum, quæ amplius non apparent, dilacerationes. Nam textus, qui superest, magna cum diligentia & elegantia exaratus est. Pessimè mutilatus est ab initio 34. capitibus, & alibi sæpe duobus, tribus aut pluribus. Laceri Codicis lacunas, quod ad Hebræum textum attinet, quidam papyraceis paginis, inconditè & ineleganter scriptis explere conatus est. Pro 34. capitibus illis Maronita quidam descripsit

Lingua

Lingua & charactere Syriaco, 34. priora capita Geneseos, quæ sunt ex eadem versione Syra, quæ hic excusa est, desumta. Æra scriptionis ad finem Exodi notatur, Mensis Rabie alter anni Ismaelitici sexcentesimi vicesimi quarti, hoc est ante quadringentos & aliquot annos. Eadem æra rursus annotatur in fine Libri Numerorum. Tertius Codex recens erat, & in amplo folio descriptus. In fine Exodi sunt varia Notaricè scripta, in quorum fine satis luculenter docetur scriptus fuisse Damasci anno Gentium 967. post trilinguem annis trecentis quadraginta duobus. Ferè integer est ille Codex una pagina ab initio male mulctatus, quæ tamen alterius substitutione non ineleganter descripta, resarcita est. Alibi est una aut altera non ingens lacuna. Hunc Codicem in variis lectionibus sæpissimè alterum vocamus. Quarto Codice alio modo potiti sumus, quem Anglicum appellamus. Codex ille ad nos missus non est, sed vir doctissimus & Linguæ Hebraicæ peritissimus, Thomas Comberus Anglus, Codicem istum ab Archiepiscopo Armachano mutuo acceptum cum Hebræo judaico vulgato totum comparavit, differentiásque omnes, etiam minimas exactissimè adnotavit, & ad me misit.

Ex *Reformatis* ergo hanc laudem debemus 1. *Usserio Armachano*, de quo *Walt*. præfat. in Introduct. p. Reverendissimus, doctissimúsque noster Armachanus, vir ad bonum Reipublicæ literariæ natus, quique primus erat, vel inter primos, qui Samaritanum Pentateuchum in Europam intulerant, varia exemplaria ex partibus Orientalibus magnis sumtibus comparavit, quorum tria nobis communicavit, quæ magno nobis adjumento fuerunt. Duo habent Pentateuchum Hebræo-Samaritanum,

num, tertium imperfectum cum textu Samaritano Arabicam versionem at literis Samaritanis exaratum (vide sup. p. 98.) exhibet, accuratam scil. & cum judicio factam; à quo verò, vel quo tempore hæc versio facta sit, conjicere non possum, exemplar, verò descriptum erat à quodam Ab Helion circa annum Christi 1524. *Ludov. de Dieu*, Præfat. in Act. & integri meminit Pentateuchi Samaritani, sibi ab Armachano dono dati; & Arabico-Samaritani, cujus quaternionem tantùm ab eodem acceperat.

2. Celeb. *D. Golio*, qui opera cujusdam Mercatoris Veneti exemplar Pentateuchi Hebræo-Samaritani obtinuit accuratũ. Mihi & Golianum, & Usserianum alterũ conferre licuit. *Golianus* Codex sub Exodi finem quædã addit de possessore scripti; sed manca est de eo oratio.

מן קרית בהניה בחמשה מאות משלמה בן סמוכה וארכונה ......
וצלאה וקראה אברהם בן סמוכה ויקירה אב זהותה דמבני
סהבה ואתה בנו אברהם וכפל הקנין ואסיד על נפשו וקם
בעיני זה ואני פינחס בן איתמר הכהן הגדול בדמשק

Apparet hinc 1. Samaritanos cultum suum exercuisse Damasci. 2. Ibidem habuisse summos sacerdotes, χειροτηθέντας, Principes, Oratores, Lectores. Sub calcem totius libri, præmisso voto, מרי סלח החטא *Domine mi, remitte mihi peccatum*; exprimit tempus tum absoluti, tum emti codicis. Illud quidem his verbis: הכללת זאת

התורה הקדושה על יד העבד העני וצריך אל רחות יהוה
אבקויתי בר יוסף בר אב זהותה דמבני יקירה הגררי אסאה
במדינה צפד יודי את יהוה במות א.נ.ז.ק לעמי נרם ubi iterum elucet 1. Samaritanos remissionem peccatorum ro-

gare gratuitam. 2. De Lege loqui semper honorificè. Vocant enim *Sanctam*. 3. Nomen Tetragrammaton adhibere in familiari etiam usu. 4. Medicum studium eos excoluisse. 5. Observâsse nonnunquam Epocham Christianam. Ponitur enim hic annus 1157. Prout Morini Codex tertius Damasci fuit descriptus anno Gentium 967. Hujus verò : קנה זאת התורה הקדושה סמוך קהלה וארכון קהלה איש דעתה וחכמתה ובינתה וידעותה וריטורא ופתור ארהותא קדישתה ושופט זבנה אב חסדה כן סכוך קהלה וארכון קהלה וחכומה ונבונה וידעוה וריטורא ופתור ארהותא קדישתא אבי חנה משלמה דמבני סגיאנה מן תרי סמוכיה אבי רוממותה ואבי הפתח בני סמוכה טבה אב נפושה דמבני אקפאיה בשית ארבע ושמונה מאות לממלכת ישמעאל בתר הנפוש מן צרר תמר יהוה ישימה בריכה עליך אמן אמן כעמל משה הנאמן Emtio ergo hujus libri incidit in annum Hegiræ 804. Ad finem verò Geneseos, Codicis Usseriani legitur; קנה זאת התורה חקד׳ לנפשו יקי׳ וקר׳ וצל׳ וחש׳ וכת׳ ונע׳ ומב׳ ושם ארה קדי וסך קהלת זאר׳ קה ועשה טובה יוסף בן סה טובא ויקי קר וצל׳ וחש וכת׳ ומב ושם ארה קדי וס׳ קה׳ וארכ קהלה וע׳ טיבה יצחק המבני יתר מן שכ׳ דמ׳ מן בעלה סה טובה ויק וקרוץ וארכ׳ אברהם בן סה טובה ויק וק׳ וצ ומ׳ וכ ונ׳ ושם אר קדוס כרבה ואדי צדקת רמבני ערם מן שכנ׳ דמשק וקנה אותה יוסף הז מן אבהז במאתים כסף אד׳ וזה בתר מה סהדו סה קמי ואתקשט בעיני זא הקנין ואני אבי עזי בן הרבן יוסף בן הר אבי עזי רמן בית מהן רב בשנת ששה ושמ׳ ותש׳ מאת תח בר על׳ וילמד בו ונ׳ בו אמן א׳ בע משה בן עמ׳ וצד׳ ונאמן Emtor

Emtor ergo libri Josephus : pretium 200. argentei: Tempus , annus 986. Sub finem tandem Levitici:
אפיד על סהבה אב זחותח בן סהבה וסמ׳ קה׳ ואר׳ קה וידי
ומ׳ ושמ׳ אהר׳ ועש טב צדקה בן סהבה וסמ׳ קה׳ ואר׳ קה׳
אברהם דמבנ׳ קב צה אן הוא קנה זאת התורה הקד׳ מן סהבה
צדקה בן סהבה וסמ׳ קה׳ וארכ׳ קה׳ ויר׳ ומ׳ וכת׳ אהר׳ ועש
טבאתן וימ׳ דע׳ וש׳ זב אבי עזי בן סה וסה וס׳ קה וארכ׳ קה׳
יוסף דמבני יתרנא על שמ׳ הכע׳ חכ׳ המני הט בן יוסף בן אחיו
אבי יתרנה בשמנה עשר דינר זהב וזה הקנין בחדש גמדי אחר
שנת תשע מאות לממשלת בני ישמעאל ואני אסיד בכן וכתב
עזי בן איתכר בן עבדאל בן עזי בן עמרם להם ברית הנ׳ חג׳
רצון י׳ וכבו׳ עליהם אמן Emtus est liber 18. denariis aureis, anno Hegiræ 900. mense Giumadi.

B. *Mixto* , eóque vel *Chaldaico*, sive *Syriaco*, vel *Rabbinico*. *Illo* habetur translatio Pentateuchi. *Morin.* lib. cit. p. 18. Samaritani Tyriis, Syris, & judæis finitimi sunt; imò velut in judææ meditullio habitant. Ideo illorum Dialectus ad istorum Linguam proximè accedit. Præ cæteris tamen Syrorum Dialecto mihi videtur simillima. *Walton*. p. 24. Versionis Samariticæ Dialectum quod attinet , ejusdem est cum Lingua Chaldaica cognationis; voces tamen non paucis habet sibi proprias (docebit hoc Lexicon Anglorum , quod Samaritica etiam tradit ; nonnulla Lexicon nostrum propinabit harmonicum) & peculiares. Arabicis etiam nonnunquam utitur. Formatio tam nominum , quàm verborum modò Hebraicæ modò Chaldaicæ regulis proponitur. Consuli hic potest Grammatica Morini Samaritana. Pentateuchi hujus Editionem & Parisiensi operi

 debe-

debemus & Londinensi, huic maxime, quod Interpretationem etiam Latinam versionis Samaritanæ, ubi à textu Hebræo-Samaritano, differt, exhibeat.

Rabbinico verò (proxime enim accedit ad stylum lib. juchas.) scripta est Relatio Seduna, Patriarchæ Gazensij, de qua *sup.* p. 102.

C. *Arabico*, quo & sacros & Ecclesiasticos habent libros, de quibus sup. p. 98.

D. *Græco*. Vix enim dubito, veteres Samaritanos ab Alexandro magno subjugatos, Pentateuchum vertisse Græcè. Vide *Thes. Philolog.* p. 285.

Caput V.

De

Bibliotheca Ægyptiaca, sive Coptica.

HAbere Kobtos libros sua lingua in omni facultate scriptos, ex Coptorum onomastico apud Kircherum patet. Et ex

SACRIS quidem in sola Bibliotheca asservantur!

1. *Pentateuchus* in 4. Tomis in folio magno, descriptus anno Copto, SS. scilicet Martyrum 1115. opera Gabrielis, fil. Phanus. Distinguitur in Lectiones, quas versus appellant Copti, judaicis Paraschim & Sedarim multe breviores, cujusmodi numerant in Genesi 630. In Exodo 603: In Levit. 702. In Num. 835. In Deuteron. numerus vetustate exesus est.

2. *Evangelia* quatuor scripta in Ægypto, in Conventu S. Mercurij à quodam Gabriele, anno SS. Martyrum

rum 986. & anno Arab. 918. Testatur etiam *Ioh. Morinus* Exercit. Bibl. lib. 1. Exercit. 6. c. 22. p. 197. Msc. Copticum vetustissimum in Bibliotheca Oratoriana Parisiis extare, complectens 4. Evangelia, Lingua Coptica exaratum, sine ulla versuum vel dictionum distinctione.

3. *Epistolæ* 14. *S. Pauli*, cum tribus Canonicis, & Actis Apostolorum, scriptis anno SS. Martyrum 1220.

4. *Apocalypsis* scripta a. SS. Martyrum 1060.

5. *Psalterium Davidis*, descriptum jussu Gabrielis Patriarchæ a. Copt. 1082.

Præter textum *Commentaria* quoque habent in scripturam Sacram, ut idem observat Kirch. in Ling. Copt. restit. nominatim p. 527. c. 3. meminit Commentarij cujusdem Coptici in c. 7. Actuum Apostolicorum ex Vaticana, ubi Saturnum Scholiastes Copticè vocat Rephan, Deum temporis; Meloch Regem devastationis. Meloch, inquit, sive Tiphon Ægyptiorum, malus Genius, omnia destruens, Dominus tonitruum & ignis, & commotionis credebatur; Jovem verò Deum vitæ; Souret Venerem, Dominam amoris; Mercurium denique orationis & Sapientiæ Numen indigitat.

Memorat etiam *Kirch.* Prodrom. Copt. c. 8. Alium codicem Evangeliorum, una cum variis Leiturgiis SS. Marci, Gregorij, Basilij, & Cyrilli, Missali Copto, aliisque Missalibus, ritualibus, manualibus variarum precum, Grammaticis & Lexicis, quæ tum in Vaticano, tum in aliis Romæ Bibliothecis, præsertim Colleg. Maronit. habentur, ex quibus cum Mss. Coptis, quæ ab eodem enumerantur in supplem. c. 1. p. 511. &c. quæque in celebrioribus Ægypti Bibliothecis, maximè Cairi supersunt, maximam utilitatem, præsertim ex The-

ſauro Copt. Arab. Latino, quem typis mandavit, non tantùm SS. literarum & Theologiæ ſtudioſis, ſed & omnibus literatis, Medicis ſcil. Aſtronomis, Philoſophis, Mathematicis, maximè antiquitatum ſtudioſis orituram fusè idem oſtendit, Catalogúmque Patriarcharum Alexandrinorum qui Ægypti, Æthiopiæ, omniumque per Africam Eccleſiarum gubernaculum tenebant à S. Marco, primo Patriarcha, ad huncuſque diem ex eorum monumentis recenſet. Vide Ling. Coptic. reſtit. p. 118.

ECCLESIASTICIS. *Walton*. lib. cit. p. 89. (Coptica Lingua) ſcriptos habent omnes ſcripturæ libros, cum quatuor primis Conciliis. Habeo Codicem Mſc. Arabico-Copticum, quo vel uno abundè probari poteſt, Coptos tum Scripturam, tum Patrum etiam lucubrationes in Linguam ſuam tranſtuliſſe. Exſcribam ordine capitum argumenta 1. Inſtitutum authoris. 2. Inſtitutio Grammatica. 3. Analyſis Evangelij Johannis; hinc enim author initium facere voluit لاجل سهولة كلامه ob ſtyli facilitatem. 4. Matthæi. 5. Marci. 6. Lucæ. 7. Epiſt. ad Romanos. 8. Ad Corinth. Gal. Philipp. Coloſſ. Theſſal. Heb. Timoth. Tit. Philem. Jacob. Pet. Johan Jud. 9. Actor. Apoſt. 10. Pſalter. Cantic. Moſis. 11. Lectiones hebdomadariæ. 12. Leiturgiæ. 13. Baſilius, Cyrillus, Gregorius, δοξολογίαι ſeptimanatim recitandæ. 14. Apocalypſis. 15. Inſtitutio Baptiſmi. 16. De Deo ejúſque variis nominibus; Epithetis Patris, Filij & Sp. S. Angelis, cælis, Planetis, ſignis Zodiaci, ſignis ſublunaribus. 17. Membra corporis humani. 18. Proprietates & colores corporis. 19. Aves, feræ, piſces, reptilia. 20. Orbis climata, fodinæ, urbes. 21. Dialecti, fluvij, Metalla, herbæ, aromata. 22. Germina, olera, herbæ, ſemina. 23. Frutices,

tices, arma militaria & alia ad castra spectantia. 24. Affectiones animi & corporis, officia muliebria, peccata, infirmitates motus. 25. Vestes, monilia, utensilia, ferrum, lignum. 26. Ecclesiastica instrumenta. 27. Supellex lignea cumprimis. 28. Currus cum instrumentis, Fruges, odorifera. 29. Pondera. 30. Morbi. 31. Repertoria. 32. Numeri Romani, Menses Ægyptiaci, Arabici, dies. 33. Visiones Danielis. 34. Nomina dignitatum. 35. Inspiratio, Prophetia. 36. Explicatio vocum Hebraicarum V. & N. T. 37. Nomina sapientum. 38. Mensuræ, pondera. 39. Farrago vocum ex V. & N. T. collectarum. Libro huic hinc inde, sub finem præsertim, imponitur titulus السلم *scala*, cujusmodi Kircherus edidit in Lingua sua Coptica restituta; sed planè alia Methodo. Quædam tamen ibi reliquit ἀνερμήνευτα, ut p. 390. خلاقين, quod *ollas* notat. p. 407. التفت, *Respexit*; p. 406. ازدود *de viatico ei prospectum est*. p. 490. بغتة *Citò, ex improviso*. p. 224. quædam incommodè vertit ضد الحق Satanas, contra veritatem; *pro*; Adversarius veritatis. اسرائيل i.e. الناظر الله vertit; visio Dei, pro, videns, محب الغربا amans peregrinationis, *pro*; peregrinorum.

Ex Philosophicis & Philologicis occurrunt

1. *Grammatici*. Kircher. in Ling. Copt. restituta meminit السمنودي Elsamenudi; Ibn-Kateb Keisar, Abulfargi Ibn-Asrel; Aben Dehiri, qui postremus tamen ut & Ibn-Kelion priorum Epitomator est. 2. *Lexicographi*. Sic habetur a. Scala magna, cujus author,

الشيخ الاجل المولى الرئيس العالم العامل القديس شمس

شمس الرياسه بن الشيخ الاكمل الاسعد المعروف

بابن كبر ووسمه بالسلم المشرح الـــرب وعشره

ابواب معنويه على اثنين وثـــلاثـــين فصلا

Dominus Princeps, sapiens, Practicus, Sanctus, venerabilis, gloriosus, sol Principatus, fil. Scheich perfectissimi & felicissimi, cui nomen Ibn-Cobar (malè Kircher. noti in libro filij Cabor, quam Arabismi ignorantiam alibi etiam prodidit, quando verba عرف بكاتب قطالمك *cognitus in libro Cadlica, pro, cognomento scriba Catholicus*:) *quem appellavit Scalam exactam. Divisit autem totum opus in* x. partes seu sectiones, quas iterum subdivisit in 32. *Capita*. b. Scala electa الذي عمله الشيخ

الرئيس الفاضل القديس الراهـــب العابد المؤتمن

ابو اسحق ابن الشيخ الرئيس فخر الدوله ابي المفضل

ابـــن العسال ينجوا الله نفسه مـــع جميع قديسيه

Quam composuit Venerabilis Antistes, excellens, sanctus, religiosus, devotus, pretiosus, Ahmed Abu Isaac, fil. venerabilis Antistitis Phachroddaula, (melius, quia nomen proprium est, quàm gloria Principatus, appellativè) *Abil-Mophzel, Ibn Alaasal, cujus animam Deus servet, cum omnibus sanctis suis*. Ad hanc scriptorum Classem pertinet Synopsis librorum Copta Lingua scriptorum, qui in celebrioribus Ægypti Bibliothecis, potissimum Cairi, vulgò Madrase, adhuc supersunt, quamque hoc ordine exhibet Kirch. p. 511. 1. De mundo superiori & ejus ordine. 2. De Deo, Angelis, eorúmq; Natu-

Natura. 3. De Religione veterum Ægyptiorum. 4. De Dæmonibus, eorúmque officio & ordine in Mundo. 5. De Natura fluminis Nili. 6. De Nomis Ægypti. 7. De XII. signis Zodiaci, & de Influentiis eorum. 8. De mansionibus Lunæ. 9. De ponderibus, mensuris, tam novis, quàm antiquis. 10. Historia Ægypti & Regum ejus, & sapientum ejus. 11. Historia animalium Ægypti. 12. De mensibus Ægyptiorum. 13. Historia plantarum, florum, fructuum. 14. De omni genere seminum, & aromatum, usibúsque in sacris. Atque hi sunt tituli (inquit idem) librorum de variis materiis tractantium, quæ in Madrase Cayri adhuc supersunt, quæ omnia confirmat P. Josephus Marcellaja, è societate nostra sacerdos, mihíque curiosius inquirenti non semel retulit Melitæ, se, dum in Ægypto degeret, hanc Bibliothecam lustrâsse, multáque millia MMSS. comperisse, quos tanta custodiunt cura, ut nulli, sub pœna capitis, inde librum extrahere liceat, addit quoque, se inter cætera admiratum esse certos quosdam papyraceos Codices, seu hieroglyphicos iis figuris, quæ in Obeliscis Romanis conspiciuntur, conscriptos; & quamvis Turcæ nullam fere, si Alcoranum excipias, librorum curam suscipiant, horum tamen ob antiquitatem magnam curam haberi. Audivi à diversis in Matherea vicino Cayro vico, aliam asservari Bibliothecam, verùm cùm hic locus vix habitatus sit, nullam relationi fidem adhibeo, sed, ut postea intellexi, cùm exteri passim confundunt Mathaream cum Madrase, facile postea Europæis falsus rumor de Bibliotheca Matherea Ægypti innotescere potuit, quod hic adjungo, ut quid referentibus de Bibliotheca memorata credendum sit, habeat Lector. Multa porrò alia ad rem

Ecclesiasticam spectantia huic Catalogo, ibi contenta, jungi poterunt, uti sunt S.Sc.Leiturgiæ, Concilia, Commentaria in S.Scripturam, Martyrologia, Orationum manualia, Historia Christianorum in Ægypto à Christianis Monachis olim conscripta. Verùm, cùm ea pleraque in Bibliotheca Vaticana continantur, eorúmque Catalogus in Prodromo jam exhibuerimus, hic solius literaturæ profanæ titulos subjungendos duximus.

Caput VI.

De

Libris Æthiopicis.

HÆc fere literatura hactenus jacuit inculta, unde paucorum librorum notitia ad nos pervenit. De *sacris* scribit Walton.lib.sup.cit.p.51. Utilitatem hujus linguæ quod attinet, antiquam habent Æthiopes totius Scripturæ versionem, quæ, si ipsis credendum sit, ipsis Apostolorum temporibus facta est, nec enim aliã à primo recepta fide Christiana habuisse, probari potest. Alvarez, qui multis annis apud Æthiopes vixit, affirmat, ipsos Scripturam legere Lingua Tegiana, quæ Abassinorum est Dialectus: Est enim Tegia pars Habassiæ, quæ prima Christianismum recepit, in quam linguam tam vetus, quàm Novum Testamentum translata fuisse, ex Chaldaica vel Syriaca affirmat Sabellicus in supplem. Hist.lib.8. Quod verò suspicatur vir doctus, Evangelia Aethiopica versa fuisse non ante 300. annos, & fidem à Maro-

Maronitis è monte Libano AEthiopes habuisse, cùm Pontifici Romano se subjicerent, alibi expendemus. Qui hodie impressi sunt libri AEthiopici, sunt Psalmi Davidis, qui tum Romæ, tum Coloniæ editi, Canticum Canticorum & Testamentum novum impressum; sed multis mendis scatens.

Ex *Ecclesiasticis* celebrant *Leiturgiam*, linguâ propria, licet Chaldæa inter ipsos pro doctorum Lingua habeatur, ut Alvarez, Postellus, & alij tradunt. 2. *Prophetiam Enochi*; de qua *Gassend.* in vita Peiresc p. 395. Memorabile autem est, visam ipsi (Ægidio Lochiensi, Capucino, qui in Ægypto toto septennio literis Orientalibus operam dedit) Bibliothecam octies mille voluminum, quorum pars non exigua præ se ferret ævi Antoniani notas. Quandoquidem verò inter cætera animadvertisse se dixit *Mazhapha Eirok*, seu Prophetiam Enochi, declarantem ea, quæ ad finem usque seculi eventura sunt, Librum Europæ pridem invisum, illic autem charactere ac Idiomate AEthiopico seu Abyssinorum apud quos is fuerat servatus, conscriptum, ideo Peireskius sic fuit accensus ejus, quoquo pretio, comparandi studio, ut nullis parcens sumtibus, ipsum deniq; sui fecerit juris. *Hæc ille.* Sūt hinc inde, in virorū magnorum Bibliothecis, pauca quædam de Abyssinis tum scripta, tum edita, quæ suo tempore hanc etiam supellectilem augere poterunt. Multa cumprimis orbi literato in hoc studij genere polliceor de viro, sive eruditionem spectes, sive humanitatem, sive morum affabilitatem, sive denique, omnes juvandi, προθυμίαν, verè eximio, D. *Iobo Ludolfo*, qui, si quid judicare possum, unus est, cujus exercitata peritiâ jacentes literæ AEthiopicæ &

commendari poterunt, & promoveri. Quos enim ab ipso expectare possimus thesauros, ex sola ejus Epistola, quam hoc ipso die, dum Bibliothecam AEthiopicam fui meditatus, accepi, luce meridiana clarius apparebit. Ea verò αὐτολεξεὶ ita habet.

EPISTOLA
Iobi Ludolfi
DE LIBRIS HABESSINORUM
ad Clariß. Virum
JOHANNEM HENRICVM HOTTINGERVM.

QUæ de Habessinorum libris scire desideras, Vir Clariss. quamvis pauciora forsan expectatione tua sint, ne tamen desiderio tuo deesse videar, magis quid à me petieris, quam quid ego præstare possim, spectandum duxi.

Quippe Habessini, armorum magis, quam literarum studiis dediti, accedente ingeniorum simplicitate, aliorum scripta vertere, quam sua componere satius habuere. Non tamen ad scientias aut sublimiores disciplinas adspirarunt; circa sacra, à priscâ Græcâ Ecclesia accepta, occupati: ethnicæ antiquitatis & Philosophiæ incuriosi. Ita illis negligentia pro sapientia fuit.

Igitur dubium, propitia an adversâ fortunâ, nullâ libro-

librorum multitudine laborant; Bibliothecas ad uſum, non ad ſpectaculum ſervando, libros utilitatis cauſa, non conterendo otio legunt. Sed de eorum ſtudiis alibi; nunc quæ de libris comperta habeo, ut accepi, ita referam.

Primum in Bibliothecis locum ſibi vendicant Biblia Sacra; quæ non quidem librorum numero, ordine tamen & nominibus, à noſtris paulo differunt. Ea autem in quinque Tomos ſeu volumina ſub certis titulis partiuntur; quorum libros ſigillatim Hebraicis characteribus אורית: אטג adſcribere opera pretium duco. Primum Ch. אוריתא. i. e. Legem dictum, non Pentateuchum, ut vulgò, nec Heptateuchum (de quo Hieron. ad Lucin.) ſed Octateuchum faciunt, hoc modo:

I.

אוֹרַית Continet librum

1. וַפְּטַרַת Creationis. aliàs etiam קַרְמַי אוֹרַית dictum.

2. וַצַּאַת Exitus.

3. וַלֵוָיַין Levitarum.

4. וַחֻלַק Numeri.

5. וַרַבַּתְרָא Tabernaculi.

6. אַיסַו Joſue.

7. מַסַפְנַת Ducum.

8. רות Ruth.

II.

נַגַּשַׁת Reges. continet libros

1. 2. שַׁמוּאֵל. בֹּ״ ⟨ Samuelis. II. Hos tamen communius more Græcorum. 1. 2. 3. & 4. Regum vocant.

3. 4. עֲבַרְוַיַן. בֹּ״ ⟨ Hebræorum. II.

5. 6. חֻצִיָּן בּ׳ Minorum seu inferiorum, sic accepisse videntur Græcum Paralipomena.

7. אֶזְרָא Ezræ | 10. אַסְתֵּר Ester.
8. טוֹבִיָא Tobiæ | 11. אִיּוֹב Jobi
9. יוּדִית Judith. | 12. מַזְמוֹר Psalmorum.

III.

שְׁלוֹמוֹן Salomon.

13. מַשְׁלֵי Proverbia.
14. מֶכְבְּב Concio. proprio Circulus seu cœtus hominum in modum circuli congregatus.
15. כַּחְלֵי׃ מַחְלֵי Canticum canticorum.
16. טֶבַּב Sapientia. 17. סִירָךְ Siracides.

IV.

נַבִּיָּת Prophetæ.

18. אֶסַיָּם Esaias.
19. 20. אֶרְמְיַּם תֶּנְבִּיתוּ וַשְׁקִיקְ׳יהוּ Jeremiæ Prophetia & Threni.

21. בָּרוּךְ Baruch. | 29. מִכְיָם Micheas.
22. חֻזְקִיאֵל Ezechiel. | 30. נָחוּם Nahum.
23. דָּנִיאֵל Daniel. | 31. אִיבְּקוּם Habacuc.
24. הוּשֵׁי Hoseas. | 32. סוֹפוֹנִיָּם Sophonias.
25. אִיוֹאֵל Ioel. | 33. חַגַּי Haggæus.
26. אָמוֹץ Amos. | 34. זַכְרִיָּם Zacharias.
27. אוֹבַדְיָא Obadia. | 35. מַלְכִיָּם Malachias.
28. יוֹנָשׁ Ionas.

His

His addunt Coronidis loco

מַקַבְיין ב׳ Duos libros Maccabæorum.

V.

חַדִישׁ Novum Teſtamentum.

Cujus libros, quia impreſſi extant, recenſere ſupervacaneum arbitror; Partes vero ejus faciunt quinque 1. Quatuor Evangelia. 2. Acta Apoſtolorum. 3. XIV. Epiſtolas Pauli, computatâ nempe Epiſtolâ ad Hebræos. 4. VII. Epiſt. Apoſtolorum, & 5. — רְאַי יוחַנס אַבו-קַלַמסס Viſionem Johannis Abu-Calamſis. Quam vocem ex Græco ἀποκάλυψις corruptam, cognomentum ejus fortè putârunt.

Audio, aliquos Novo teſtamento accenſere librum סִינוֹדוֹס dictum, i. e. Volumen Synodorum. Hinc eſt, quod editor Novi Teſtamenti Teſfa-Zyon, in titulo libri ait: Impreſſimus כולו מַצחַף חַדִישׁ וְאַנבַל סִינוֹדוֹס totum Codicem novum, i.e. Nov. Teſt. ſed ſine Synodo.

Dixi aliquos, ne quis tribuat Univerſæ Eccleſiæ, quod uni vel alteri privatorum placuit; quorum ſtudiis tota iſta diviſio Bibliorum tribuenda videtur, qui magis commoditati forte voluminum, quam materiarum affinitati aut dignitati conſulentes, ne quidem diſtinctionem aut expreſſam mentionem Apocryphorum fecere; incuriâ, aut ignorantiâ incertum.

Cæterum, ex omnibus his codicibus, Pſalterium & Canticum Canticorum Europa primùm omnium vidit, Romæ circa Annum 1510. accurante Johanne Potken Præpoſito Colonienſi impreſſa; qui illius editionem addi-

additis tribus aliis linguis Coloniæ Agripp. Anno 1518. iteravit.

Post hæc Novum Testamentum Romæ Anno. 1548. editum, epistolis tamen Pauli seorsim excusis. Quo tempore Æthiopia gravissimis cum Graino Addorum Rege Muhammedano conflictata bellis, piis quibusdam viris Habessinis causam præbuit, typographiam moliendi, atque ita libros sacros, quorum longe maximam jacturam passi fuerant, conservandi. In tantam enim infestissimi Regis sævitia adducti fuerant desperationem, ut vix librum super fore putarent. Hinc cum exemplar Actorum Apost. quod typis describebant, mancum ac mutilum valde esset, ex libris Græcis & Latinis illud reficere conati sunt; sicut ipsi in conclusione post finem Act. Apost. fatentur & ob id veniam petunt, inquientes: זנת: גבר חורית זיבוח תתרגם ברומי אמלשאנ רומיסת וצרא לגאז באנת עצב אבי Hoc est: Ista Acta Apostolorum maxima sui parte versa sunt Romæ ex lingua Latina & Græca in Æthiopicam, propter defectum Archetypi (vulgò Originalis.) &c. Confer Epilogum post finem Evang. Joh. Unde non absimile vero, idem reliquis Novi Test. libr.s contigisse; & lacunas Archetypi ex editorum ingenio expletas fuisse. Quin insignem quendam Habessinum querentem audivi, editionem hanc Nov. Testam. ab exemplaribus Mss. Patriæ suæ in multis differre. Idem esto judicium de Liturgia, sive precibus publicis, קְדָשֵׁיִת i.e. Orationibus sanctificatoriis dictis, in calce dicti Codicis impressis; ibi enim pag. 163. col. 4. lin. 1. præter morem Ecclesiæ Aethiopicæ dicitur de Spiritu S. ושרץ אמאב וולד Qui procedit à Patre & Filio; Cum tamen

men illa cum Ecclesia Græca loqui amet, זַשַׂרָץ אֶמְאָב וַיִּנְשָׂא אֶמוּלְדְ Qui procedit à Patre, & sumit de Filio. Cæterum Orationes illæ אַף וַרְק Chrysostomo tribuuntur, & diversæ pro ratione fastorum sunt. 1. קְנַת קְדָשֵׁי Communiter in usu sunt. 2. קְדָשֵׁי חָוּרְיַת in festis Apost. 3. קְדָשֵׁי אַגְזִיא in festis Salvatoris. 4. קְדָשֵׁי כַּרְיָם in festis Mariæ. 5. צַלוֹתַ עַטָאן. Oratio thuris.

Proximum post Biblia locum occupant Concilia, quæ tam in articulis fidei, quàm ritibus Ecclesiasticis permagnæ apud Habessinos sunt auctoritatis. Habent autem & agnoscunt tria concilia generalia: Nicenum, Constantinopolitanum & Ephesinum.

Chalcedonense enim propter damnatum Dioscorum non admittunt; eum enim Orthodoxum; sed nec satis auditum, neque intellectum fuisse contendunt. Item habent nonnulla specialia, quorum aliquot in magno quodam volumine cum aliis quibusdam libellis hoc ordine reperiuntur. 1. אַבְטְלִיסַאת וְקָנוֹנַאת וְקְדוּשָׁאן חָוַרְיָאת אֶנְתַ צַחַפוֹן קְלֵימֶנְטוֹס רַדְאֶ פֶּטְרוֹס Decreta & Canones Sanct. Apostolorum, quos scripsit Clemens, Discipulus Petri. 2. Synodus זַכַּסַרְיָא Cæsariensis. 3. Concilium זַנִּקְיָא Nicenum. 4. זַגַּנְגְּרָ Gangrense. 5. זַאַנְצוֹכְיָ Antiochenum. 6. זַלוּדִיקְיָ Laodicenum. 7. זַסַרְדְקְיָ Sardicense. Præterea in eo reperiuntur חֵימָנוֹת רְתוּעָנָ שָׂ״חׄ אַבוּ זַקְדוּשָׁן נִבֵּר Res sanctorum Patrum ccc & xviii. Orthodoxorum. Item — הֵימָנוֹת רְתֻעַ זַרְדָשׁ שַׁנְבַּת בַּאַנְתְ דְרָשָׁן

 Libel-

Libellus de Sabbatho, quem composuit Retua-Haimanoth. Porro. —— נגצוי תמהרת חג ושרעת ותגסן Repræsentatio doctrinæ de lege, cum sanctionibus & admonitionibus, אבטלים וקנונא באנת נסחה Decretum & Canon de Pœnitentia.

Volumen istud ab Imperatore Habessinorum Zer-a-Jacobo circa Ann. Chr. 1440. Hierosolymam missum, & inde haut ita pridem in Europam delatum fuit.

Sequitur liber dictus הימנות אבו Fides seu Religio Patrum; præcipuos fidei articulos exponens; Collectus ex patribus Græcis, Gregoriis maxime, quorum quatuor norunt & laudant, nempe, 1. גורגוריוס נברי מנכראת i. e. Thaumaturgum Neocæsariensem. 2. זאנזיתזו Nazianzenum. 3. זנוסים Nyssenum, & 4. זארמני Armenum.

Horum, aliorumque Græcorum Patrum scripta, Æthiopicè versa Habassini legunt atque amant. Notissimi inter cæteros sunt; Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, Alexand. Ephrem Syrus, & ni fallor etiam Irenæus. Latinorum Patrum scripta & nomina pariter ignorant.

: זינה אבו Historia Patrum, vitas eorum describit.

גדל שמעתת Certamina martyrum; quorum vitæ & martyria hic describuntur.

זינה איהוד Historia Judaica

שרעת בית כריסתיין Constitutiones Ecclesiasticæ; de ritibus & ceremoniis agit.

De his quatuor non constat, num ex aliis linguis versi, an verò Æthiopicè compositi sint.

מַצְחַף מִסְטִיר Liber arcanorum, prava hæreticorum dogmata, & historiam eorum tradit, autore S. Georgio. Ex recentioribus occurrit אורגנון דְּנִגְל Organum Musicum Virginis. Encomium est immaculatæ Virginis Mariæ matris Salvatoris, à Doctore Habessino, Abba Georgio, concinnatum. Liber ob verborum, similitudinum & allegoriarum copiam vulgò æstimatus.

Tandem silentio præterire non possum libellum vanissimum superstitiosissimum, in quo, nomine precum, ficta quædam Dei & Salvatoris nomina super ægrotis, aliisque rebus pronuncianda; nec non adjurationes angelorum, aliaque ejus farinæ plura proponuntur. Indignus mentione fuisset, nisi toties in Europa reperiretur; In Bibliotheca enim Leydensi & Altorfina asservatur, & Parisiis apud privatos quosdam bis vel ter reperitur. Est autem ex eorum genere, quos peritiores צְלוֹתְ רְקִית hoc est: Orationes incantatorias vocant, & aversantur. Severe enim in Synodis prohibiti sunt, titulo. —— בְּאֹנְתְ צְלוֹת רְקִית וְיִמְצָאוּ חְבְשְׁתְ וְמַיְ De orationibus magicis, quibus producunt panem & aquam. Item בְּאֹנְתְ צְלוֹתְ רְקִיתְ מַיְ. De oratione incantatoria aquæ.

Tantum de libris sacri argumenti; Historicos quidem habent, sed paucos, & suæ tantùm gentis, neque titulis neque authoribus mihi cognitos; unico excepto: —— כְּבְר נְגְשְׁתְת Gloria Regum. In quo iter Reginæ Sabæ ad Salomonem describitur. Eam verò Maguedam suam fuisse contendunt, matrem quinti Regis sui, qui Mnilech Ibn-elhakim dicitur, de quibus alibi.

Ex Grammaticalibus sese offert שׁוּשְׁ Scala. i.e. Vocabu-

cabularium, in quo voces peregrinæ S. Scripturæ, & difficiliores linguæ Æthiopicæ (quæ לְשָׁאנ גְּאֵז Lingua studij, vel מַצְחַף librorum dicitur) Amharicè explicantur; eo ferè modo & ordine, qui in السلم الكبير Scala magna, seu Nomenclatore Copto-Arabico Kircheri observatur; verum non distinctis nec versibus, nec characteribus; adeo ut alterutrius linguæ imperitiori inutilis sit.

Paucis istis, Vir Clariss. si desiderio tuo satisfeci, plus tibi, quàm mihi præstiti. Quamvis enim Habessini ad Latinorum Græcorumvé opulentiam, aut Arabum copiam non accedant, multò tamen plures, quam supra enumeravi, libros habent; in quorum nominibus investigandis frustra hactenus laboravi. Spero tamen me Catalogum eorum, qui Hierosolymæ & Koscuami, in superiori Ægypto, asservantur, adepturum, & suo tempore tecum communicaturum. Vale.

Hæc doctissimus &, Aethiopicæ pariter ac reliquarum Linguarum Orientalium, callentissimus vir, planè ἐυκαίρως. Præclarè idem de Republica literaria merebitur, si Lexicon suũ, cujus gustum nuper mihi Francofurti præbuit, Aethiopicũ, orbi Christiano diutius non inviderit. Ita enim comparatum est, ut non voces modò; sed & res Abyssinorum affatim suppeditet. Sed & alio me nomine Clarissimo viro obstrictum esse, grato fatebor animo, ubi ad Lexicon aliquando Harmonicum accessero.

Ad INDICA jã pergendũ esset; CHINENSIA, PERSICA, TURCICA, ARMENICA, &c. quia verò pauciora hactenus nobis obtigerunt, monumenta quam quæ vel superiorum accedant copiam; Appendice aliquot per Europam

pam Bibliothecarum Orientalium, palam faciam, quàm nihil humanioris literaturæ illis etiam desit Gentibus barbaris, & quàm nihil non cesserit hujus & superioris seculi magnorum heroum industriæ. Speramus interim, amicorum paulatim favore nos impetraturos, ut in quibus penè jam ἀπορῶμεν, feliciores, suo tempore simus promi. Satis fuerit, errôrem eorum confutâsse, qui pauperiem ubique & sterilitatem Orienti exprobant: Aliis libenter palmam relinquam, qui, me monitore, primis lineamentis ultimam imposuerint manũ. Rudis me meæ sciagraphiæ & impensæ hactenus operæ non pœnitebit.

Generaliter tamen moneo 1. de Persia, eam subministrare nobis A. *Theologicos* libros, cujusmodi sunt *Versiones* in Vet. & Novum Testamentum, de quibus *Waltonus* Introduct. p. 47. *Quod ad versiones Biblicas attinet, certum est ex Theodoreto, Chrysostomo, Hieronymo & aliis, qui circa annum* 400. *floruerunt, ut in alias, sic in Persicam Linguam Scripturam antiquitus fuisse versam; an verò antiquæ istius versionis aliquæ adhuc supersint reliquæ, post eversam illic Religionem Christianam & introductam Muhammedicum, nullibi, quod sciam, constat.* Londinensi operi Biblico Pentateuchum, Psalterium & Quatuor Evangelia, inseruerunt. Quæ Xaverius in gratiam magni Mogolensium Imperatoris, nomine Historiæ Evangelicæ, Persicè dedit, extant publicè cum Notis *Lud. de Dieu*. Nesciò an unquã impudentius prodierit scriptum; neque ullius hactenus memini, qui vel colorem conatui quærere fuerit, ausus. De sepultura authoris apud Indos, Vide Itinerar. *Alb. Mandelsloo*.

B. *Historicos, Philosophos, Philologos, Poëtas* cumprimis. Paucis ab hinc diebus ab amico quodam accepi,

Oxonij Codicem haberi, qui nomina scriptorum Persicorum hujus classis prolixè enarraret. Emtus est, ut audio, à quodam Mercatore Anglo, apud Mogolenses. Specimen dedit Philologiæ Persicæ, vir literaturæ Orientalis callentissimus D. *Georgius Gentius*, in suo *Golestan*, seu Resario Notis illustrato. Habui & ego ante hac authoris ejusdem exemplar Msc. commentariis dilucidatũ, quod in Bibliotheca Bernensi asservari jã puto. Heidelbergense obstiterat iter, quominus meo satisfacere tum potuerim desiderio. Vel solus hic scriptor Lectori salivũ moveat, studiique Persici pretium commendet. Sed & appendix nostra aliquid dabit. De acumine proverbiorũ Persicorum consulantur Epistolæ, tum *Salmasij*, tũ *Lewini Warneri*, amici nostri, præfixæ centuriæ. Adag. Persic. ab hoc editorum. De felici Poëseos apud Persas exercitio, & Poëtarum æstimio consulatur *Olear.* in Itiuer. Pers. p.422. de Bibliothecis sacerdotum Persicorũ, Id p.498. De scribis sive amanuensibus, quos Typothetarũ loco habent, p.448. De Mss. Cuficis, in templis eorum p. 354. 345. Bibliotheca urbis Ardebil, p.337. Alkorani cumprimis Interpretationi multum eos dare, vel ex successu patet, de quo *Golius* Grammat. Erpen. p. 183. Confer *Guilliman.* Helvet. p.353. De antiquissimis monumentis Persepoli repertis, & characteribus affabrè quidem sculptis, sed hactenus non intellectis (an forte veterum fuerunt Persarum, quibus ab introducto Muhammedismo successerunt Arabici?) adeatur iter Orientalis Indiæ *Ioh. Alberti de Mandelsloo*, p.14. & *Thomæ Herberti* Angli, testimonium, Ib. p.15.

INDORUM scripta Muhammedica multa reperiuntur. Nam & hoc hominum genus, post Timuri fata, Pseudo-prophetæ nomẽ dedit, *Schah Ismaële* victoriis, inclyto,

vene-

venenum illud per belli Duces ibi relictos, spargente. Sequuntur autem ibi statuta *Henbelitarum*, & *Melkitarum*, *Mandelsl.* l. 1. p. 105. 106. Unde & in Appendice scripta Indorum reperies Alcoranica.

Chinensium monuméta satis jam Europæ innotuerunt. Ipse, amicorũ benevolentiâ, nõ fragmenta tantùm quædam; sed integrum etiam Codicem, curtæ meæ supellectili adjunxi. Mirum est scribendi genus, quod Ægyptiorum hieroglyphicis proximè accedit, ipsáq; Lingua difficilima; Vide *Kircher*. Oedip. T. III. p. 10. *Mandelsloo* l. c. p. 137. commemorat, characteres eos habere 60000. quorũ singulis integra ferè nomina exprimunt. Iesuita *Martinus Martinius*, de bello Tartarico Præfat. ad Lect. p. 9 monet, *collecta à se Sinensis Historiæ pervetusta exemplaria, deductósq; incredibili diligentia ab ipso Noëmi diluvio Fastos, secum comportâsse*. Et p. 10. *Libeanda etiam mihi*, inquit, *occurrebat R. P. Nicolai Trigautij obligata fides; quam ille, cùm anno hujus seculi decimoquinto ex Oriente in Europam redux Romæ, notum jam omnibus de Sinis librum vulgabat; Lectori dederat, atque Annales Sinenses, à quatuor fermè annorum millibus, per continuos seculorum gradus deductos, redigendos à se in compendium, evulgandósque addixerat*.

Turcicorum scriptorum uberiorẽ messem ostendet Appendix, quàm vel sperare hactenus licuerit; plura, etiã, σὺν θεῷ, dabit Theatrum nostrum Muhammedicum.

De Armenis pauca monebimus. Memini ejus mihi Linguæ usum à Clariss. D. *Golio* vel hac de causa potissimùm fuisse commendatum, quòd vix alia Ecclesia, si à Græca abeamus, antiquiora de Religione, versionum eumprimis habeat subsidia. Chrysost. (sic *Walton*. p. 95.) scri-

ſcripturam totam in Linguâ Armenâ tranſtuliſſe, eámq; verſionem hodie apud ipſos in uſu eſſe, quam poſt exilium ejus à Conſtantinopoli confecit, cùm in Armeniâ Imperatoris decreto, teſte Sozomeno Hiſt. l. 8. c. 22. relegatus eſſet, ubi etiam vitam finivit, ut ex Hiſtoria Patriarchæ Alexandriæ, quam ſcripſit de vita Chryſoſtomi, probat Sixtus Senenſis in Bibliotheca ſanĉta lib. 4. Certè Theodoretus, qui propè Chryſoſtomi tempus vixit (floruit enim circa annum 440.) affirmat, S. ſcripturas ſuo tempore in Linguam Armenam verſas fuiſſe, licet de verſionis authore ſileat lib. de curandis Græco affect. poſt medium. Totam etiam Scripturam Armeniacè verſam hodie in Bibliotheca Vaticana extare, teſtatur *Kircherus*, Prodrom. Coptic. Vatic. cap. 5. p. 129. Quatuor Evangelia ipſe habeo ex Oriente allata, & in aliis Bibliothecis privatis quorundam virorum doctorum eadem verſio tota habetur, qui, ut ſpero, ſua exemplaria communicare non gravabuntur. In Bibliothecis Oxonienſi aſſervantur Pſalterij Armenorum exemplaria tria antiqua, tribus voluminibus de ſcripta, à ſe invicem diſcrepantia, quæ à viro docto collata fuerunt, ſed inter bellicos noſtros tumultus notæ ejus perierunt. De Lingua ipſa, ejúſque cum Arabica & Syriaca affinitate; Vide eundem p. 84. Hac lingua nihil hactenus obtinere nobis licuit, quàm doctrinam Chriſtianam, ſeu Catecheſin Pontificium, à Petro Paulo, ſacerdote Armeno verſam, & a. Ch. 1634. Lutetiæ editam.

APPENDIX.

SMEGMATIS ORIENTALIS, Lib.III.Pars II.

APPENDIX

aliquot exhibens

BIBLIOTHECAS ORIENTALES integras

A. CATALOGUS CCLXI. MANUSCRIPTORUM Arabicorum Bibliothecæ Laurentinæ in Escuriali Regis Catholici, confectus à Licentiato Castillio decimosexto Augusti, MDLXXXIII.

Ubi stella stat, ibi est lacuna in Catalogo quippe ibi igne absumpto.

NUM. 1. Muhammed Ibben Zaher, latinè Aben Zoar liber absolutus in modum compendij scriptus ad facilem introductionem librorum Medicinæ, perperam inscriptus Hispanicè, liber * & fulgurationibus.

2. Avicennæ liber in modum Aphorismorum compositus, secundùm totius sui Canonis majoris doctrinam * dicit nimis diffusam contineri sententiam sub brevi compendio, & ob hoc eum appellat Canonem minorem, *est congruens traductioni.*

3. Muhammed Ibben Zachariæ Rasis decimus nonus sui continentis, mutilus.

4. Anonymus & mutilus medicinæ liber, characteribus Turcicis scriptus.

5. Maymon Ibben Kaiz clahsc de Re amatoriâ & moralibus quibusdam dictis. Liber absolutus cum expositione terminorum notabiliorum Arabicorum.

6. Abu Beker Muhammed Ibn Zachariæ Rasis, quartus & quintus totius sui continentis de re medica.

7. Abu Bekar Elferici de medendis morbis, à vertice capitis usque ad plantam pedis, tribus curationis modis: naturali curatione, quæ fit qualitatibus manifestis; & proprietaria, quæ fit per specificas & proprietarias qualitates, & magica quæ fit sigillis & characteribus, quam Arabes appellant Sirret-Ilhorûf, id est, secretum characterum Arabicorum, liber absolutus.

8. Muhammed Ibben Zohar latinè Aben Zohar, liber absolutus ad principia & elementa medicinæ practicæ & theoricæ deserviens, inscriptus ab eo Altercir, id est, introductorius.

9. Galeni de re medicâ liber inscriptus Kitab chommas, item Abu Seit Iben Iishaq latinè Isaaci Antidoticus.

10. Abil Hasan dassia Ibben megd-alla fes, de arte poëtica & inventione consonantium, perperam inscriptus titulo Grammaticæ Arabicæ.

11. Abu Sadiæ commentum super Aphorismos Hypocratis.

12. Ibben & Baitaris Malakiensis botanicon, id est, liber de simplicium medicamentorum viribus, *primus liber suus absolutus & traductioni congruus*. Inveniuntur enim in isto libro plusquam duo millia simplicia, quæ in libro Dioscoridis non inveniuntur. Et ob hoc dicit in principio hujus libri, hunc librum approbatum fuisse ab Arabibus Persiæ & Alexandriæ.

13. Elmudawana, id est, codex Legum civilium Zaracenorum liber absolutus.

14. Abi Hakim Hatim liber absolutus super poëtica

tica arte: & Aphorismata aliquot artis rhetoricæ & modos loquendi rhetoricos.

15. Galeni Pergameni liber de usu rei medicæ, liber absolutus, cum tractatu Huneini Ibben Iishaq super cantica Avicennæ.

16. Acephalus & mutilus liber de medendis morbis usu qabalæ vel magiæ naturalis Saracenorum, quæ fit verbis Algorani hæreticis, perperam inscriptus liber Galeni de febribus.

17. Quatuor Evangeliorum Domini nostri JESU CHRISTI liber integer, traductus à Chaldaica lingua in Arabicam, per Pharaonem Hebræum.

18. Quatuor Evangeliorum tomus cum figuris Evangelistarum, traductus * interpretem Anno Domini M. CLXXV.

19. Omaris Ibben Ali Ilmuuek Keli de passionibus oculorum *exquisitus & traductioni congruus*.

20. Ibben Elabasch Esschirazi tractatus secundus Estakrit de medendis morbis. Scriptus anno Hegiræ CCCI.

21. Iben Elabasch Esschirazi de re medica.

22. * Libri 1. Pentateuchi traducti à Lingua Chaldaica in Arabicam per Harith Iben Cinem juxta seriem septuaginta interpretum antiquorum in civitate Tharcabæ Anno à fuga Muhammedis 891. *Hanc eandem versionem possidet C. Ravius Berlinas.*

23. Abel qasim Esschirazi de re medica liber absolutus, continens à decimo tractatu usque ad *.

24. Ibn Haniphe Abbatis Ibben David Eldeinur Botanicum de temporibus simplicium medicamentorum scriptus à fuga Muhammedis 654.

25. Abdie meliq Ibn Zohar, latine Aben Zohar, li-

ber inſcriptus Eltaiſir de re medica, id eſt, liber de facili medicatione morborum, ſcriptus anno à fuga DCCXXIII. perperam inſcriptus Anonymus.

26. Elmeliki de re medica: à tractatu vigeſimo uſque ad decimum libri ſui continentis; liber abſolutus de re medica, ſcriptus anno à fuga Muhammedis DCXLVII.

27. Elmeliki de re medica à tractatu quarto uſque ad ſeptimum.

28. Abel Hakim elvaffa Iben elabbas Eshirazi de re medica, liber abſolutus & integer; perperam inſcriptus Iano de * eſt enim liber ſuus inſcriptus Elteiſr.

29. Galeni Pergameni commentum ſuper ſeptimum * Hyppocratis libros, à Græco in Arabam translatum, authore * Abuſayd Hunain Iben Ishaq El Abedi grammath. *

30. Iiſmahel ildgeuhari dictionarium Arabicum * dictionum Alcorani & Legis Saracenicæ.

31. Ejuſdem tomus ſecundus ſui dictionarij ſuper eadem lingua. *

32. Iſai Iben caada el lauxi el garnati diſcipuli * Muhammedis Abenycam Elrocati de re medica liber abſolutus.

33. Galeni Pergameni tractatus primus, ſecundus, tertius uſque ad decimum libri ſui de compoſitione ſimplicium medicamentorum, translatus per Honeyn Ibn Iishaq à græca in Arabam linguam, ſcriptus anno à fuga Muhammedis 656. Hiſpali.

34. Anonymus & mutilus liber de Decoratione, & ſimplicibus & de apoſtematibus.

35. Abdallahi iben baccal Eltolaytali liber abſolutus de agricultura, ſcriptus Toleti librariæ Ioſeph ibn Iis-

Iishaq ibn Nehemiæ, anno à computo Alcufri. MCCLXIX.

36. Abenceida præceptor linguæ Arabicæ de expositione obſcuriorum terminorum Arabicorum, ſcriptus anno à fuga Muhammedis DLXII.

37. Muhammedis Iben Zachariæ Raſis de utilitate & commodo medicamentorum, ſcriptus anno Alcufri MCCCIII. Toleti. Perperam inſcripſerunt * liber de inſcriptionibus, ſuperſtitionibus.

38. * Salomonis Hebræi de medicamentis cibariis & de ſimplicibus * ſcriptus à fuga Muhammedis Anno DLIII.

39. Muhammedis iben Zachariæ Raſis de re medica liber primus * Perperam inſcriptus Hiſpanicè libro de quariſmo.

40. Muhammedis Aby Zachariæ Raſis liber undecimus ſui continentis * per Abibecar Aben Yca Eleayzi, anno à fuga Muhammedis *.

41. Salomonis Hebræi liber abſolutus de medicina.

42. Abil hacem Iiſmael de medendis morbis à capitis vertice uſque ad plantam pedis liber abſolutus inſcriptus Arabicè El megni i. e. liber ad curam morborum ſufficiens; *congruit traductioni*.

43. Iſac ibn Salomonis de febribus tractatus primus ſui libri, ſcriptus à fuga Muhammedis anno DLXI.

44. Abibekar Muhammedis iben Zachariæ Raſis liber abſolutus de medendis morbis: ſcriptus per Joſeph iben Muhammed Eltologi. Toletanum anno computo Alcufri 1244. *congruit traductioni*.

45. Abibekar Muhammedis iben Zachariæ Raſis de re medicâ liber abſolutus, continens reſiduum ſui tracta-

tus de variolis & morbillis, & diebus criticis, de aere & constellationibus & cæteris ad rem medicam pertinentibus, scriptus ut supra.

46. Aboali Avicennæ tractatus secundus scientiæ de apostematibus, libri sui canonis scriptus anno à fuga 649.

47. Abibekar Muhammedis Iben Zachariæ Rasis de re medica liber tertius sui continentis scriptus per Muhammed Eltologi à fuga Muhammedis 623. perperam inscriptus Hispanicè * *congruit traductioni*.

48. Hacem Muhammedis de electione aëris & * aquæ.

49. Galeni opera de animæ viribus, corporis temperamento * & de membris sensitivis & expositione aphorismorum Hyppocratis de ingenio sanitatis & alij. Liber absolutus scriptus * Alcufri 1330.

50. Galeni Pergameni de re medica liber absolutus * 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Tractatus sui libri inscripti * membrorum.

51. Ejusdem liber de re medica liber absolutus inscriptus ad Gauconem de medendis morbis, & de viribus naturalibus: de morbo & symptomate & aliis.

52. Ejusdem super libros Epidimiarum Hyppocratis liber, sive commentum absolutum, perperam inscriptus Hispanicè *de rebus Saracenorum*.

53. Principis Abi Ali Avicennæ de re medica liber absolutus & integer, minutissimis characteribus scriptus Granatæ per Aboali Aben halafe Elgarnatis, i. Granatense anno à fuga 341. 22. die mensis Dulcade, est præclarus liber.

54. Abibekar Muhammedis Aby Zachariæ Rasis liber absolutus, de curatione hulcerum difficilis consolidatio-

datio-

dationis & squiomenorum. Scriptus Toleti librariæ excellentis viri & studiosi Abilhagæg Josephi Iishaq Hebræi; uti Araba inscriptio refert.

55. Iben Zohar de experimentis medicinalibus liber absolutus, scriptus anno à computo Alcufri 1280. est optimus.

56.* Latinè Ali Abbatis liber absolutus de simplici *.

57. * Liber mutilus ordine Alphabetario. * Latinè Seraphionis liber absolutus * tractatus de re medica scriptus Toleti librariæ Abil·hageg yucuf. 1. Iosephi Iben Nehemiæ anno à computo. *

58. Abibekar Muhammedis Ibn Zachariæ Rasis liber secundus *.

59. Galeni Pergameni liber absolutus de re medica continens librum de simplicibus.

60. Ejusdem de eadem re cum commento Honeyni Iben Iishaq. scriptus Toleti anno à computo Alcufri 1367.

61. Ejusdem super primum Epidimiarum Hyppocratis cum commento Iishaq, liber absolutus.

62. Ejusdem super secundum librum Epidimiarum, scriptus anno à fuga 607.

63. Ejusdem de compositione medicinarum continens quartum & quintum & sextum tractatus.

64. Hametis Iben Muhammedis Aben Seydf. Said Elgafique.

65. De simplicibus ordine Alphabetario ab A usque ad * inclusivè, *congruit traductioni.*

66. Muhammedis Iben cacin Iben Ademe Elgafique de re medica & chirurgia absolutus liber, scriptus Malacæ anno à fuga 791.

67. A-

67. Averrois commentum super libros Aristotelis de cœlo & mundo.

68. Abibekar Muhammedis Abi Zachariæ sui continentis quintus, continens septem tractatus.

69. Alexandri Aphrodisæi super librum de anima * cum commento Alpharabij scriptus anno à fuga. *

80. Aben Baccal de agricultura liber absolutus * super eadem re.

81. Abibecar Muhammedis Iben Zachariæ Rasis nonus & vigesimus sui continentis absolutus * animalium venenosorum & de simplicibus *.

82. Abibecar Muhammedis Ibn Zachariæ Rasis liber continentis sui * scriptus anno à fuga 564.

83. Ejusdem liber mutilus continens nonum & decimum tractatum sui continentis.

84. Anonymus inscriptus Arabicè, compendium secretorum medicinalium cum tractatu ad finem de condiendis cibariis medicinalibus, *congruit traductioni.*

85. Dioscoridis Anazarbei liber secundus de simplicibus cum picturis herbarum.

86. Abibecar Muhammedis Ibn Zachariæ Rasis sui continentis libri aliquot mutili.

87. Ejusdem liber decimus-quartus & decimus quintus sui continentis.

88. Muhammedis Abizeid Elferici de simplicibus ordine Alphabetico. *

89. Galeni Pergameni de re medica liber absolutus continens tres libros de morbo & symptomate, & de passionibus membrorum sensitivorum, & de cognitione morborum membrorum interiorum, scriptus per Aly Iben Tatir anno à fuga 586.

91.

91. * Commentum super aphorismos Hyppocratis scriptum à fuga 629.

92. * Latinè Aly Abatis Hebræi de re medica liber absolutus * morborum, perperam inscriptus Hispanicè. *

93. Tractatus de re medica cum aliis tractatibus super * de extractione sanguinis scriptus anno à fugę computo. *

94. Liber absolutus Prognosticorum cum commento Galeni.

95. Liber * absolutus, colliget, inscriptus; i. e. liber canonum universalium medicinæ, scriptus anno à fuga 541.

96. Abibecar Muhammedis Abi Zachariæ Rasis liber octavus sui continentis acephalus.

97. Liber Hebraicè scriptus, inscriptus Arabicè, Liber de Decoratione & præservatione salutis.

98. Galeni de Arte parva liber absolutus cum commento.

